℞. Ouum Gallinæ recens, & educto per apicem ſolo albumine, id quod vacuum eſt, Croci Orientalis non pulueriſati ʒ vj. imple, vitellum non auferendo, poſtea paſtâ occlude, ne quid tranſpiret, & ſub cineribus calidis lentè aſſetur, cauendo ne Crocus comburatur: exempta è teſta materia contundatur in mortario, cui ſenſim adde pulueres ſequentes:

℞. Diptamni albi, *id eſt*, Rad. Tormentillæ ʒ ij.
Cornu Cerui ſine igne calcinati,
Myrrhæ,
Nucis Vomicæ ana ʒ j.
Rad. Angelicæ,
Zedoariæ,
Granorum Iuniperi,
Rad. Helenij ana ʒ ij ß.
Cinamomi,
Macis ana ʒ j ß.
Camphoræ ʒ j.
Theriacæ Andromachi ℥ iij.

Miſce,

Miſce omnia fortiter contundendo cum ſ.q. Syrupi è ſucco limonum, fiat maſſa in vaſe bene obturato reſeruanda.

## *Oruïetanum Doctoribus Antuerpienſibus Probatum.*

℞. Ariſtolochiæ Rotundæ,
Rad. Angelicæ,
Carlinæ,
Biſtortæ an. ℥ j.
Rad. Cyclamin. Veronenſ.
Garyophillor. an. ℥ ß.
Trochiſcor. de Vipera ʒ v.
Lapidis Lazuli,
Marchaſiti. an. ℈ j.
Opoponacis,
Ammoni. aceto vini diſſol. an. ℥ ß.
Syr. Violati cui gr. xv. puluer. ligni Nephritici admixta & infuſa ℥ j ß.
Theriacæ ℥ j.
Mellis comm. deſpumati, vel Roſati ℥ iiij. aut q. ſ. ad hoc vt f. Electuarium debitum.

## *Confectio Alkermes.*

℞. Syrupi Alkermes *vt infra docebitur* ℥ xvj. in eo calente inſperge ſequentia:

℞. Lapidis lazuli loti, & præparat.
Ligni Aloës optimi,
Cinamomi ana ℥ ß.
Margaritarum præparat. ℈ iiij.
Foliorum Auri ℈ ij.

Hoc facto, diuide confectionem in duas partes æquales, vni parti addendo ambræ gryſeæ, modico aquæ Cinamomi diſſolutæ, ℈ iiij. Moſchi gr. vij. vt ſic cum, & ſine Moſcho & Ambra ſemper habeatur parata.

## *Confectio de Hyacintho.*

℞. Hyacinthi præparati.
Coralli rubri,
Boli Armeni Orientalis,
Terræ ſigillatæ,
Terræ lemniæ ana ℥ ß.
Granorum kermes,
Rad. Tormentillæ,
Diptamni albi,
Sem. Citri mundati,

Ace-

Acetoſæ,
Portulacæ,
Croci,
Myrrhæ,
Roſarum Rubrarum,
Santalorum omnium,
Oſſis de Corde Cerui,
Cornu Cerui ſine igne calcin,
Raſuræ Eboris ana ℥ j.
Lapid. Saphyri,
Smaragdi,
Topazij,
Margaritar. præparatarum.
Serici crudi,
Bractearum Auri,
Argenti ana ℈ ij.
Camphoræ gr. v.

Syrupi Limonum q. ſ. vt fiat ſ. a. Electuarium, quod diuidatur in duas partes, vnique addatur

Moſchi veri,
Ambræ Gryſeæ ana gr. iij.

Sicq́ue cum, & ſine Moſcho & Ambra ſemper habebitur.

## *Diaſcordium reformatum.*

℞. Schordij veri ℥ iiij.
Rad. Diptamni Cretici,
Tormentillæ,
Petaſites,
Cortic. Citri,
Cinnamomi,
Bdelli,
Succini,
Raſuræ Eboris, ana ℥ ij.
Boli Armeni ℥ vj.
Piperis longi,
Zingiberis ana ℥ j.
Opij Thebaici,
Sem. Acetoſæ ana ℥ ß. gr. xv,
Conſer. Roſarum Rubrarum ℔ ß.
Mellis deſpumati ℔ j.
Vini albi q. ſ. Miſce, & fiat Electuarium.

## *Electuarium de ſucco Rutæ.*

℞. Ariſtolochiæ rotundæ.
longæ,
Rubiæ tinctorum,
Baccarum Lauri,
Semin. Iuniperi,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0128-8

Dauci,
Agni caſti,
Ruthæ,
Sabinæ ana ℥j.
Croci,
Lapidis Gagatis,
Myrrhæ,
Caſtorei ana ℈j.
Nucleorum Sem. Pœoniæ ℈ ij.
Dictamni Cretici ℥ß.

Fiat omnium puluis, & cum Sacchari albi Succo Rutæ diſſoluti ℥iij. fiat Electuarium.

## *Diaſatyrion.*

℞. Rad. Satyrij recentium ℥ ij.
Paſtinacæ ſatiuæ,
Eryngij,
Nucis Indicæ condit. ana ℥j.
Pinearum,
Piſtaciorum ana ℥jß.
Garyophillorum,
Zingiberis,
Aniſi,
Seminis Erucæ,
Linguæ auis; *id eſt*, Seminis

Fraxini, ana ℥v.
Cinnamomi,
Lumborum Scincorum,
Seminis vrticæ ana ℨij ß.
Moſchi gr. vij.
Mellis optimi deſpumati ℔ iij.
Miſce & fiat ſ. a. Electuarium.

*Requies Nicolai.*

℞. Flor. Roſarum Rubrarum,
Violarum ana ℥iij.
Opij,
Sem. Papaueris albi,
Hyoſciami,
Scariolæ,
Lactucæ,
Portulacæ,
Pſyllij,
Cortic. rad. Mandragoræ,
Nucis Moſchatæ,
Cinamomi,
Zingiberis ana ℨj.
Santali albi,
citrini,
rubri,
Spodij,

Tragacanthæ ana ℈ ij. gr. v.
Mellis optimi deſpumati,
& cocti triplum, Miſce.

*Pilulæ de Cynogloſſa.*

℞. Myrrhæ optimæ ʒ vj.
Thuris ʒ v.
Opij,
Seminis Hyoſciami albi,
Rad. Cynogloſſæ ſiccatarum ana ℥ j,
Croci Britannici,
Styracis Calamitæ ana ʒ ij.
Garyophillorum,
Caſtorei ana ʒ j.
Cum Melle Roſato formetur maſſa pilu-
laris ſ. a.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0131-4

# TRACTATVS QVARTVS

## De Syrupis, Melleis, Rob, Conſeruis, Lohoch, Tabellis, Gelatinis, & Conditis.

IN hoc tractatu non ſeruatur ordo Alphabeticus, vt in quibuſdam Antidotarijs factum eſt, in quibus omnia promiſcuè permiſcentur: verum in hoc primò deſcribuntur Syrupi, qui verè, Æſtate, & Autumno parari poſſunt; poſtmodum recenſentur Syrupi, qui in hyeme, & omni quoque tempore parari ſolent.

Et in confectione Syruporum, hoc in primis obſeruandum venit, vt ea quæ ſunt durioris ſubſtantiæ, longiore coctione opus habeant, quam alia quæ ſunt tenuioris; Nam Radices, Semina, Cortices lignorum, mediocriter comminutæ, & ſimilia craſſioris ſubſtantiæ Primo loco bulliant, deinde quæ rarioris, & tenuioris materiæ exiſtunt; vt fructus, folia, multaque alia ſimplicia; flores verò & herbarum comæ, aliaque imbecillia, vltimò cocturæ inijciantur.

Verum ſemina lini, Cydoniorum, Fœnugræci, gummi Tragacanthum, Arabicum, & talia, quæ viſci-

viſciditatem, & mucorem de ſe præbent, vel in fine decoctionis immittantur, vel (quod magis approbatur) in laxo panno lineo ligata filo appenſa incoquantur, id niſi fiat, decoctum redditur tam viſcoſum, vt ægerrimè tranſcolari poſſit.

Quando Syrupus aliquis conficitur ex ſucco & ſaccharo, tunc primo ſaccharum clarificabitur, & coquetur ferè ad iuſtam conſiſtentiam; tum demùm addetur ſuccus, nam ſucci herbarum, & multo minus florum, nequeunt ſuſtinere longam coctionem, quin vires deperdantur, ſed radicum ſucci poſſunt diutius coqui.

Syrupi quo diutius durare debent, eò ad craſſiorem conſiſtentiam coquendi ſunt: etiam Æſtatis tempore, quam Hyemali, Spiſſiores ſint neceſſe eſt.

Syrupi quando nimium coquuntur, tum cum tempore inſtar ſacchari candi concreſcunt; ſed id præcauetur, ſi tantillum Mellis Saccharo, inter coquendum, admiſceatur.

Syrupi qui Saccharo, vel ſapâ conficiuntur, longiore coctura opus habent, quam qui Melle, Mel enim non tam citò corrumpitur, idcircò melliti Syrupi diutius durant.

Omnes ſucci herbarum in vſum Syruporum conſeruantur per integrum Annum, dummodò in

lagena vitrea, vel vaſe figulino reponantur, ſuperaffuſo tantillo olei Oliuarum; Anno autem elapſo eyci debent, & noui comparari.

Si quis Syrupus Aromatizandus eſt, hoc poteſt fieri dupliciter: primò quando Syrupi perfectam conſiſtentiam bulliendo nacti ſunt, tunc addi debet id, quo aromatizandi ſunt, & vnica ebullitione ebulliri, tunque ſtatim ab igne reponi. Secundò quando ſyrupus perfectè coctus eſt, & ſepoſitus ab igne, tunc imponitur Aroma, & miſcetur, vel impenditur in nodulo & reponitur.

Omnes ſyrupi qui aſtringendi, & conſtipandi vi pollent, debent exactè, & ſpiſſiùs coqui, vt ſyrupus Granatorum, Citoniorum, Myrthinus, &c. Verùm ſyrupi qui laxandi, & lubrificandi vim habent, non poſſunt ad valde craſſam cõſiſtentiam reduci, nec diutius ebulliri; vt ſyrupus Roſatus ſolutiuus, Violatus, &c. Syrupi qui Melle parantur, magis laxant, & abſtergunt, ſi minus coquantur: ſi vero diutius & in ſpiſſitudinem coquantur, magis adſtringunt.

NOTA Primò: quod multos ſyrupos de induſtria omiſerimus, ne oneri ſimus Pharmacopæis & officinis, quia omiſſi, vel raro hic ſunt in vſu, vel cum hiſce hic recenſitis coincidunt; varios etiam compoſitos non adiunximus, eò quod ſimplices

plices qualitate, & efficacia compoſitis vix ſint inferiores, vel quod compoſitorum ſyruporum ingredientia, multos alios ſyrupos ſimplices ingrediantur, qui ſi ex præſcripto Medicorum miſceantur, compoſitorum vices ſupplent.

NOTA Secundò, cum infuſio aliquo temporis ſpatio decoctionem præcedit, tum omnia ſimplicia ſimul infunduntur, nam quæ modicam patiuntur decoctionem, virtutem ſuam exhibent rebus infuſis, & ita vis horum ſeruatur in decoctione; quod non fieret, ſi primò infuſa non fuiſſent, ſed ab ebullitione incepiſſent: ſed quando fit ebullitio, & non præcedit infuſio, tunc ordo præſcriptus in decoctione ſimplicium, obſeruandus eſt, vt quæ maiorem decoctionem requirunt, primùm inijciantur, deinde quæ minorem.

NOTA Tertiò, quandoquidem in manipulis Herbarum, ſecundùm magis vel minus in arripiendo, aliqualis ſit differentia, ſciendum eſt, manipulum vnum, vt plurimùm apud Auctores, debere pendere Semi vnciam, ita vt bini manipuli pendeant vnam vnciam; & proindè vnciæ vni herbarum, debetur vna libra aquæ.

Sed quando herbæ, præſertim ſiccæ, per pondera ſcribuntur (quod in ſequentibus ſyrupis non rarò euenit) tum ratio ſit eadem, quæ radicum: nam



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0135-7

ad binas vncias Radicum, aut ſeminum, aut aliarum rerum pondere penſarum, ſumitur aquæ, liquoriſue, libra vna.

NOTA Quarto, Syrupi qui ex ſuccis acidis, vel Aceto fiunt, vti & Oxyſacchara, & Oxymellitica, omnia melius in vaſis figulinis, vel vitreatis coqui, quam in æneis, vel cupreis, quia in his virorem contrahunt; nec ſpatulâ ferrea agitentur, vel miſceantur, ſed rudiculâ lignea.

NOTA Quinto: dum in ſequentibus ſcribitur *deſpumando*, quod ſpuma inter bulliendum debeat auferri, quia alioquin ſyrupus cum ſpuma repoſitus citiùs corrumperetur.

NOTA Sexto; quod inter bulliendum cognoſcatur optimum Mel, quod minus ſpumæ emittit, ac proinde non tam diu coqui debet: quod plus ſpumæ emittit deterius eſt, ac per conſequens coquendum diutius: bonitas autem Mellis crudi dignoſcitur, ſi colore pallidum ſit, odore iucundo, ſapore modicè acri & dulci, conſiſtentiâ inter craſſum & tenue media, non vetus.

## *Syrupus Violatus.*

Syrupus Violatus fit aliquando cum coctione, aliquando ſine coctura, qui poſterior modus conficiendi nobis magis arridet, eò quod in eo nec virium,

virium, nec coloris, nec guſtus fiat deperditio, & ſit hoc modo:

℞. Florum Violarum recentium à caliculis herbaceis mundatorum ℔ ij.
Aq. puræ ℔ v.

Macerentur per octo horas in foco calente in poculo vitreato bene coöperto, tum colaturæ fortiter expreſſæ adde florum violarum ℔ ij.

Stent iterum in infuſione per octo horas, tum adde colaturæ expreſſæ ℔ v.

Sacchari clarificati, & ad conſiſtentiam coct. ℔ iiij.

Agitentur, miſceanturque, & fiat ſyrupus ſine coctione.

Hic eſt ſimplex huius ſyrupi, & ordinarius conficiendi modus; qui verò efficaciorem deſiderat, eundem ex pluribus infuſionibus conficiat, quod & nos non improbamus.

*Syrupus de Tuſsilagine, ſiue de Farfara.*

℞. Fol. Tuſſilaginis recentis M. vj.
Capillorum Veneris M. ij.
Hyſſopi M. j.
Glychiriſæ raſæ ℥ ij.

Bulliant in aq. puræ ℔ vj. ad Quartæ partis conſumptionem, colaturæ expreſſæ, & clarificatæ, adde Sacchari albiſſimi ℔ iiij.
Et bulliat in ſyrupum perfectè coctum.
Mirum aliquibus videbitur, quod tantæ herbarum quantitati, tam parua quantitas aquæ adhibeatur; verùm ſciendum eſt, has herbas diuturniorem coctionem non poſſe ſuſtinere ſine virium iactura.

## *Syrupus de Piloſella, vulgo: de pede Cati.*

℞. Summitatum Floridarũ Piloſellæ recentis ℔ j.
Infunde per Viginti quatuor horas in aq. Calentis ℔ viij. aut ſuff. quant.
Tum bulliat lento igne quantum ſatis, in colaturæ expreſſæ ℔ iiij.
Adde Sacchari ℔ iiij.
Coquatur ex arte in Syrupum.

NOTA. Quod ſi non poſſimus herbam viridem habere ſed ſiccam, tunc eius minori quantitati, maior aquæ quantitas apponi debet.

## *Syrupus Papaueris ſimplex.*

℞. Capitum Papaueris albi & nigri cum ſeminibus ana ℥ vij.

Inciſa contuſaque macerentur per 24. horas in
Aquæ pluuialis ℔ iiij.
Tum bulliant ad conſumptionem ℔ ij.ß.
Colaturæ adde,
Sacchari albiſſimi, & Penidiorum ana ℥ vj. ſeu
℔ ß.
Et leniter bulliat ad conſiſtentiam ſyrupi.

In hoc ſyrupo parando Pharmacopæus non inconuenienter Methodum *Galeni* ſequetur, qui *l.7. cap. 2. de compoſitione Pharmacorum ſec. loc.* dicit: Si capita Papaueris humidiora,& molliora fuerint, ad vnum diem 24. horarum: ſi verò duriora & ſicciora ſint, etiam longiore tempore macerari debere, & fugienda eſſe capita papaueris, quæ in humidis & paluſtribus locis creſcunt. Nec tam diu capita poſt macerationem coquenda eſſe, donec Tertia pars, vel Quarta aquæ ſit conſumpta; verùm vbi primùm in totum mollia & flaccida fuerint, tunc ſuccum ipſorum exprimendum eſſe, nam diutius coquere fruſtraneum eſt.

## *Syrupus Papaueris Rheas, ſiue Papaueris erratici.*

℞. Infuſionis florum Papaueris Rheas ter iteratæ ℔ ij.

Sacchari

Sacchari albiſſimi ℔ j.ß.
Sacchari Roſati ℥ iij.
Fiat ſyrupus perfectè coctus, vt artis eſt.

Si hæc infuſio ter repetita, & admodum viſcida in maiore quantitate aquæ facta fuerit, melius clarificabitur, verùm cum ſaccharo diutius elixanda, vt coëat in ſyrupum.

## *Syrupus de Lamio, ſeu Vrtica mortua flore albo.*

℞. Succi Vrticæ mortuæ, ſiue Lamy flore albo ℔ j.
Succorum Centinodij,
Plantaginis, Germ. prim. Galic. ana. ℔ ß.

Miſce, & cum ſacchari albiſſimi ſufficiente quantitate fiat ſyrupus ſecundum artem.

Vt hic ſyrupus bene conficiatur, ſunt prima Vere colligenda germina Vrticæ mortuæ, à quibus eductus ſuccus aſſeruandus ad reliquorum adoleſcentiam, quo tempore conficiendus erit ſyrupus.

## *Syrupus de Nymphæa.*

℞. Florum Nympheæ ℔ ij.
Infunde per ſeptem horas in aq. calidæ ℔ iij.

Tum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0140-4

Tum bulliant parum, & colaturæ denuò adde florum recentium ℥ ij.

Et iterum maceretur per ſeptem horas, tum exprimatur, idque ter repetito. Colaturæ clarificatæ adde ſacchari alb. q. ſ. & fiat Syrupus.

Flores Nympheæ debent ſeligi albiſſimi, quorum flaua, vireſcens, herbaceaque pars reijcienda eſt.

*Syrupus Capillorum Veneris.*

℞. Capillorum Veneris veri M. ij.
Adianthi communis,
Polythrici,
Ceterach,
Saluiæ, ana M. j.
Glychiriſæ raſæ contuſæ ℥ ij.

Infunde per duodecim horas inſufficiente quantitate aquæ calidæ, tum bulliant ſemel atque iterum, hoc eſt leuiter, ne herbæ per longam coctionem, deperdant vires, tum
Adde colaturæ clarificatæ ℔ v.
Sacchari albiſſimi ℔ iiij.
Fiat Syrupus vt artis eſt.

## *Syrupus de Quinque Radicibus.*

℞. Radicum Apij,
Fœniculi,
Petroſelini,
Ruſci,
Aſparagi ana ℥ iiij.
Seminum Apij,
Fœniculi,
Petroſelini ana ℥ j.

Bulliant ſec. art. in ſufficiente quantitate aquæ puræ, in colaturæ ℔ iiij.
Adde ſacchari albiſſimi,
Mellis optimi ana ℔ ij.
Et coque in Syrupum.

Quamuis aliqua diſpenſatoria in hoc Syrupo parando non addant Mel, neque ſemina præſcripta, nos tamen, vt maiores vires incidendi, deobſtruendi, flatuſque diſcutiendi obtineat, addidimus. Hocque ſyrupo ita præparato, non opus habemus Syrupo de duabus radicibus, qui ad eoſdem effectus conficitur, ſed multo hoc inefficacior exiſtit.

Nec neceſſe eſt addere acetum, vt in aliquibus reperitur diſpenſatorijs; quia vſus tempore, poteſt

teſt Medicus cum decocto conueniente, vel liquore idoneo, prout neceſſitas exigit, illud miſcere, vel quod melius eſſet, ejus loco ſpiritum Vitrioli, vel Salis, vel Sulphuris ſubſtituere.

### *Syrupus de Althæa Fernelij.*

℞. Radicis Althææ ℥ iij.
Cicerum rubrorum ℥ j. ß.
Radic. Graminis,
Aſparagi,
Glychiriſæ raſæ,
Paſſularum mundatarum ana ℥ ß.
Comarum Althææ,
Maluæ,
Parietariæ,
Pimpinellæ,
Violariæ,
Adianthi vtriuſq; ana M. j.
Seminum quatuor frigidor. Majorum,
Minorum ana ʒ iij.

Bulliant in aquæ puræ ℔ vj. ad conſumptionem Tertiæ partis, & additis decocti ℔ iiij.
Sacchari albiſſimi ℔ iij ß. fiat ſyrupus.

Notandum in hoc Syrupo faciendo Radices, & Ciceres primò aliquantiſper debere ebulliri, tum herbæ addendæ, deindè Semina, & ſub finem Gly-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0143-1 DFG

chiriſa, nè diutius coquendo amareſcat. Nec vltra tertiæ partis conſumptionem aqua bullienda eſt, nè decoctio mucorem, & viſciditatem acquirat.

*Syrupus de Cichoreo cum Rhabarbaro.*

℞. Radicum Apij,
Fæniculi,
Aſparagi,
Hordei non excorticat. ana ℥ iij.
Cichorei ſilueſtris,
Cichorei ſativi,
Endiviæ domeſticæ ana M. ij.
Cicerbitæ, *ideſt*, Sonchi,
Lactucæ,
Hepaticæ,
Fumariæ,
Lupuli ana M. j.
Capillorum Veneris,
Adianthi communis,
Polythrici,
Ceterach,
Glychiriſæ raſæ,
Alkekengi,
Cuſcutæ ana ʒ vj.

Bulliant in ſufficiente quantitate aquæ ad tertiæ partis conſumptionẽ, deinde percolentur, & adde:

Sacchari

Sacchari albi ℔ iiij.

Clarificentur, & coquantur in ſyrupum : intereà

℞. Rhabarbari electi ℥ iiij.

Spicæ Nardi ʒ x. in petia ligatæ,

Infundantur in ſufficiente quantitate decocti præſcripti, & vbi poſt leuem ebullitionem nodulus, ſiue petia bis terue fortiter fuerit expreſſa, colatura miſceatur ſyrupo ſub fine coctionis.

Hic eſt modernus huius ſyrupi parandi modus : verum ante hac Pharmacopæi bullire ſolebant ingredientia in Aquæ puræ ℔ xiij. ad tertiæ partis conſumptionem, tuncque colaturæ ℔ viij.ß. addebant Sacchari clarificati ℔ v. & ℥ viij. & fiebat coquendo ſyrupus, in cuius eiuſdem cocturæ fine imponebatur in nodulo pro vnaquaque libra ſyrupi,

Rhabarbari electi inciſi ℥ ß.

Spicæ Nardi ℈ iiij.

Et inter bulliendum ſæpius fortiter exprimebatur nodulus, & tunc ſyrupo impenſus reponebatur, qui modus faciendi nec nobis diſplicet.

## *Syrupus de Endiuia ſimplex.*

℞. Succi Endiuiæ depurati, & clarificati ℔ viij.

Sacchari albiſſimi ℔ v.ß.

 Miſce,

Miſce, & bulliant ſec. artem in Syrupum.

## *Syrupus de Fumaria ſimplex.*

℞. Succi Fumariæ depurati ℔ ij. ß.
Sacchari albi clarificati ℔ ij.
Miſce, & fiat Syrupus vt artis eſt.

Vt hic Syrupus exactè fiat; ſuccus in ſole depuretur, cui poſtea clarificato, admiſcendum eſt ſaccharum: & licet Fumariæ ſuccus valdè ſit ingratus, ac ob id maiore ſacchari quantitate gratior fieri poſſet ſyrupus, tamen quia præſtat ſanitati, quam palato gratificari, modo prædicto conficiendus erit, ne ob nimiam dulcedinem ad eos effectus ad quos Medici eum præſcribunt, minus idoneus reddatur.

## *Syrupus de ſucco Acetoſæ.*

℞. Succi Acetoſæ purificati ℔ iij.
Sacchari albiſſimi ℔ ij.
Miſce, & bulliant deſpumando in Syrupum perfectè coctum.

Hic eſt ordinarius parandi modus: verùm poteſt hic ſyrupus etiam fieri ſaccharo ad ſyrupi, ſiue electuarij conſiſtentiam cocto, in quod inijcitur ſuccus Acetoſæ depuratus, vel filtratus, & ſuper cineres calidos in idoneum ſyrupi corpus redigitur:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0146-8 DFG

gitur: & profectò hic modus magis eſt probandus, quia acida longa ebullitione gratum acetoſitatis ſaporem deperdunt, & ingratam acredinem nanciſcuntur.

Poteſt pharmacopæus in poſteriori parandi modo, tantum quantum ſatis erit, ex ſaccharo, & ſucco miſcere.

## *Oxÿſaccharum ſimplex.*

℞. Sacchari albiſſimi ℔ j.
Succi malorum Granatorum acetoſorum ℥ viij.
Aceti ℥ iiij.
Bulliant in vaſe figulino ad conſiſtentiam ſyrupi.

Hoc Oxijſaccharum in vaſe lapideo, vel figulino coqui debet, non in æneo, aut cupreo, vt imperitè quidam faciunt; quia in his acetoſi, vel cum aceto cocti ſyrupi, virorem, & ingratum guſtum adipiſcuntur; & hoc obſervandum eſt in omnibus ſyrupis quos acida ingrediuntur. Nec inter bulliendum ſpatulâ ferrea miſcendi ſunt vel agitandi, ſed rudiculâ lignea ob rationem prædĩctam.

## *Oxyſaccharum Vomitiuum.*

℞. Vitri Antimonij pulueriſati ℥ ß.
Aceti vini albi odoriferi ℥ viij.

Infun-

Infunde in balneo lento igne per Quindecim horas, colaturæ adde Sacchari albiſſimi ℥ iiij.
Et in patina vitreata, vel porcellanica reduc ad conſiſtentiam Oxyſacchari.

## *Syrupus de Symphyto Fernelij.*

℞. Radicum & ſummitatum Symphyti maioris, & minoris ana M. iij.
Roſarum rubrarum,
Betonicæ,
Plantaginis,
Pimpinellæ,
Polygoni,
Scabioſæ,
Tuſſilaginis ana M.ij.
Ex recentibus omnibus contuſis exprimatur ſuccus, coquatur & deſpumetur ad ℔ iij.
Adde Sacchari albiſſimi ℔ ij. ß.
Miſce, & bulliat in Syrupum perfectum.

## *Syrupus Limonum, & Granatorum.*

℞. Succi Limonum, vel Granatorum acidorum ſole depurati, & ſenſim colo laneo, ſine expreſſione traiecti. ℔ v.
Sacchari albiſſimi ℔ iij.

Coquan-

Coquantur lento igne in vaſe fictili in ſyrupum perfectum.

Hi duo Syrupi coniunctim deſcribuntur, eo quod vtriuſque ſit idem parandi modus; & poteſt etiam confici ex ſaccharo ad Syrupi conſiſtentiam cocto, cui ſuccus colatus affunditur, rudiculâ agitatur, & leui cocturâ in Syrupum reducitur. Hoc facto ſuccorum vis igne non diminuitur, ſed integra cum ſuo ſapore grato retinetur.

## *Syrupus Citoniorum.*

℞. Succi Citoniorum acetoſorum ℔ x.

Coque ad dimidias, & per duos dies reſideant, atque dum claruerint, tum colato miſce ſacchari albi ℔ iij. & fiat Syrupus ſec. art.

Nos quoque approbamus hunc Syrupum citra coctionem confici, nempe ſuccos reſidendo, & inſolando purgari: tum cúm ſaccharo clarificari, colari, & percoqui,

Arridet etiam ſi ſaccharum cum aqua diluatur, & probè coquatur, deinde ſuccus miſceatur, & elixetur in Syrupum.

Cumque hi tres parandi modi fere coincidant, & Syrupi vires ſibi correſpondeant, poterit Pharmacopæus ad libitum vnum horum modorum eligere.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0149-8 DFG

## *Syrupus de Pomis Regis Sabor.*

℞. Succi pomorum redolentium ℔ iij.
Succorum depuratorum Bugloſſi,
Borraginis ana ℔ ij.
Miſce:
In horum ſuccorum ℔ ij. ß.
Infunde per 48. horas fol. ſennæ Alexandrinæ ℥ iiij.
Sem. Aniſi ℥ ß.
Exprime, expreſſum tantiſper repone:

Interim in duabus aliis tertijs ſuccorum, infunde per alias 48. horas iterum magma reſtans, bulliant vnica ebullitione & exprime: expreſſioni miſce ſacchari albiſſimi ℔ iij. & fiat decoctio in Syrupum pluſquam perfectè coctum, tum adijce ex-preſſum primum, & Croci ʒ ij. bulliantque leniter in Syrupi conſiſtentiam.

## *Syrupus Myrtinus compoſitus.*

℞. Baccarum myrti ℥ ij. ß.
Santali albi,
Sumach,
Balauſtiarum,
Berberis,

 Roſa-

Roſarum rubrarum ana ℥j.ß.
Meſpilorum ℔ ß.
Contuſa omnia coquantur in aquæ ℔ viij.
Ad medietatis conſumptionem, expreſſioni adde:
Succi Citoniorum,
Succi Granatorum acetoſorum ana ℥ vj.
Sacchari albi ℔ iij.

Miſce, vt bulliant in Syrupum ſec. artem. Vt rectè paretur, ſaccharum in decocto percolato coquendum ad Electuarij ſolidi concretionem, deindè ſucci commiſcendi, & ex arte conciliandi, vt abeant in Syrupum.

## *Syrupus de Mentha compoſitus.*

℞. Succi Cidoniorum dulcium,
Succi Cidoniorum muzorum, *id eſt*, acidodulcium,
Succi Granatorum dulcium,
Succ Granatorum acidorum,
Succi Granatorum acidodulcium ana ℔ j.ß.
In his ſuccis macera per 24. horas,
Menthæ ſiccæ ℔ j.ß.
Roſarum rubrarum ℥ ij.
Bulliant lento igne vſque ad medietatis conſumptionem, adde colaturæ,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0151-5

Sacchari albiſſimi ℔ ij.
Et fiat Syrupus ſecundum artem, qui dum reponitur, aromatizetur
Cinamomi ʒ ij. linteo raro incluſis.

Cidonia muza Meſuæ appellat acido-dulcia & ſemi matura, quorum ſapor magis arridet.

## *Syrupus de Eupatorio.*

℞. Radicum Fœniculi,
Apij,
Endiuiæ ana ℥ ij.
Schænanthi,
Cuſcutæ,
Abſynthy,
Roſarum rubrarum ana ʒ vj.
Capillorum Veneris,
Bedguar, *id eſt*, ſpinæ albæ,
Spinæ Arabicæ vel Ægyptiæ,
Foliorum, aut radicum Bugloſſi,
Aniſi,
Fœniculi,
Eupatory ana ʒ v.
Rhabarbari Orientalis,
Maſtiches ana ʒ iij.
Spicæ Nardi,
Aſari,

Folij, *aut ſuccedanei* ana ℥ ij.
Aquæ puræ ℔ viij. aut quantum ſatis,
Succi Apij,
Endiuiæ ana ℔ iiij.
Sacchari albiſſimi ℔ vj.
Coquantur ſec. artem in Syrupum.

Defectu Spinæ Arabicæ, duplum ſpinæ albæ accipi poteſt, vel Garyophillatæ.

NOTA quod priora ingredientia cum aqua prius coqui debeant, ad tertiæ partis conſumptionem, tum ſucci, & ſaccharum expreſſioni addantur, & bulliant leuiter in Syrupum.

## *Syrupus de Peto.*

℞. Succi Peti ℔ iiij.
Hydromellitis ſimplicis ℔ j.
Oxymellitis ſimplicis ℥ iiij.

Omnibus ſimul mixtis in matracio vitreo capaci, fiat digeſtio in Balneo Mariæ, per duos, vel tres dies, intereà temporis craſſiore ſedimenti portione infundo vaſis apparente, per inclinationem magna induſtriâ (nè turbida fiat materia) ſeparabis purum ab impuro, hoc eſt, craſſum illud ſedimentum, à claro & pelluicdo liquore: quo iterum in noua digeſtione poſito, in cæteris pro-

gredieris vt ſupra, donec materia ab omni fœculentia depurata fuerit; adde poſteà ſacchari albi ℔ ij. & fac Syrupum conſiſtenem bulliendo.

## *Syrupus Roſatus ſolutivus*

℞. Roſarum pallidarum, vulgò provinciarum ℔ j.

Ponatur in vrceo anguſti oris, & affunde aquæ calidæ ℔ iij. aut q. ſ. ut madeat; maceretur per octo horas, aut duodecim, obſtructo vaſe in foco calente, tum exprimatur, & excoletur infuſio, deinde abjectis Roſis, iterùm recentes Roſæ imponantur, ac obſtructo orificio vrcei in calido loco dimittantur per horas octo, vel duodecim, poſteà rurſùm excolentur, & in colatura calida infundantur aliæ recentes Roſæ, & tertiò dimittatur, ac vt efficacior fiat, Quartò recentes Roſæ eodem diluto ac calefacto macerentur, & expreſſioni ſaccharo addito q. ſ. fiat ſyrupus.

## *Syrupus Regius.*

℞. Infuſionis Roſarum pallidarum per novem infuſiones,
Infuſionis violarum per quinque infuſiones ana ℔. ß.
Fol. ſennæ electæ ℥ ij.

Aquæ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0154-2

Aquæ Fæniculi ℥ vj.
Sacchari albiſſimi q. ſ. fiat ſyrupus ſec. artem.

## *Syrupus de Berberis.*

℞. Succi Berberis ℔ iiij.
Sacchari ℔ ij. ß.
Bulliant ſecundum artem in conſiſtentiam ſyrupi.

Exprimitur ſuccus ex fructibus Berberis tuſis, cui colato, & depurato, admiſcetur ſaccharum, ſed minori quantitate, quam cæteris frigidioribus & humidioribus ſuccis, quia Berberis ſuccus poteſt diutius ſine corruptela conſervari, nec ita grata palato aciditas ſaccharo tollitur, nec vis ſyrupi obtunditur, quod maiori ſacchari quantitate addendo facilè fieri poſſet.

# DE SYRVPIS.

## Qui in hieme & alio quoque tempore fieri poſſunt.

### *Syrupus de Roſis ſiccis.*

℞. Roſarum rubrarum ſiccarum ℔ j.
Infunde per 24. horas in aquæ tepidæ ℔ iiij.
Cola-

Colaturæ expreſſæ adde:
Sacchari albiſſimi ℔ ij.
Et bulliat in Syrupum vt decet.

Hæc Ferneliana Syrupi huius parandi formula reliquis præſtantior, in qua debita proportio Roſarum ad aquam, & vtriuſq; ad ſaccharum, ſeruatur.

Roſæ debent ſeligi perrubræ, non pallidæ, aut albæ.

## *Syrupus de Abſynthio.*

℞. Abſynthy Pontici ſicci ℔ ß.
Nardi Indici ℥ iij.
Vini albi antiqui,
Succi Citoniorum ana ℔ ij. ß.
Roſarum rubrarum ℥ iij.

Macerentur ſimul per 24. horas in cineribus calidis, deinde bulliant ad dimidias, colaturæ clarificatæ adde:

Mellis deſpumati ℔ ij.
Et fiat Syrupus perfectè coctus.

Ad bene conficiendum hunc Syrupum, præſtat ſumere folia Abſynthy cum ſeminibus, à lignoſa caule auulſa, moderatè ſiccata, & cum Roſis, & Nardo inciſa, infundere in vino generoſo in vitreato, ſeu terreo vaſe, ſuper focum calentem per 24. horas, & tum conficere Syrupum vt præſciptũ eſt.

*Syrupus*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0156-4

## *Syrupus de Glychiriſæ.*

℞. Glychiriſæ raſæ, & contuſæ ℥ ij
Adianthi albi, vel polithrici ℥ j.
Hyſſopi ſiccæ ℥ ß.
Macerentur per 24 horas in
aquæ pluvialis ℔ iiij.

Fiat decoctio ad conſumptionem medietatis, colaturæ expreſſæ, & clarificatæ adde:
Mellis deſpumati,
Sacchari penidiorum,
Sacchari albi ana ℥ viij.
Aquæ roſatæ ℥ vj.
Bulliant ſecundum artem in Syrupum.

In hoc ſyrupo parando præſtat Glychiriſam in fine decoctionis tantum addere, ne diutius coquendo amarorem contrahat: aqua etiam Roſacea paulò ante perfectam coctionem adijci debet.

## *Syrupus de Stæchade.*

℞. Florum ſtaechados ℥ iiij.
Thymi,
Calaminthæ,
Origani ana ℥ j. ß.
Salviæ,
Betonicæ,

Florum Roriſmarini ana ℥ ß.
Seminum Ruthæ,
Pœoniæ,
Fœniculi ana ʒ iij.
Bulliant ſec. artem in aquæ ℔ x.
Ad medietatem, in colato expreſſo adde:
Sacchari albiſſimi,
Mellis optimi ana ℔ ij.
Miſce, & fiat Syrupus bulliendo ad debitam conſiſtentiam, Aromatizetur cum
Cinamomi,
Zingiberis,
Calami odorati ana ʒ ij.
Raro linteo illigatis, & in Syrupo impenſis.

*Syrupus Iuiubinus, vel Zizyphorum.*

℞. Iuiubarum n°. LX.
Violarum,
Sem. maluæ ana ʒ v.
Glychiriſæ raſæ,
Capillorum Veneris,
Hordei mundati ana ℥ j.
Sem. Citoniorum,
Papaueris albi,

Melo-

Melonum,
Lactucæ,
Gummi Tragacanthi ana ℨ iij.
Bulliant ſec.art. in ſuff. quant. aq. puræ ad ℔ iiij.
Colaturæ adde Sacchari albiſſimi ℔ ij.
Et fiat Syrupus modo debito.

In parando hoc Syrupo, etiam & in alijs, debet Pharmacopæus memoriâ repetere, ea quæ in præfatione Tractatus recenſita ſunt, ne perperam, & promiſcuè omnia coquendo, tota coctura fiat nimis viſcoſa,& mucilaginoſa.

## *Syrupus de Hyſſopo.*

℞. Hyſſopi ſiccæ,
Radicum Apij,
Fœniculi,
Glychiriſæ raſæ ana ℨx.
Hordei mundi ℥ ß.
Seminum Maluæ,
Bombacis,
Citoniorum,
Tragacanthi ana ℨiij.
Capillorum Veneris ℨvj.
Iuiubarum,
Sebeſten, ana paria xv.

Paſſularum enucleatarum ℥ j ß.
Bulliant in ſuff. quant. aquæ puræ,
Colaturæ clarificatæ adde ſacchari penidiorum alborum ℔ ij.
Fiat ſyrupus vti debet.

Hæc eſt præter alias deſcriptiones optima, & vſitatiſſima ſyrupi de hyſſopo deſcriptio, in quo præparando debent aſſumi ad minus ℔ viij. vel novem aquæ puræ, & cum hordeo primò per ſemiquadrantem horæ bullire, tum addendæ ſunt Radices inciſæ, & parum contuſæ, quæ etiam per ſemi quadrantem horæ bulliant, tum adyciantur fructus, & aliquantiſper poſt ſemina, & Tragacanthum linteo incluſa, vltimò Hyſſopus, & Capillus Veneris, & ſic colaturæ ad ℔ iij. coquendo redactæ miſcetur ſaccharum Penidiorum ſine Amylo confectum ad ℔ ij. & coquitur in ſyrupum.

## *Syrupus de Arthemiſia.*

℞. Radicum Iridis,
Rubeæ tinctorum,
Heleny,
Pæoniæ,
Feniculi,
Apy,
Petroſelini,
Leviſtici,

Pyrethri,
Aſparagi,
Ruſci ana ℥ß.
Baccarum Iuniperi ʒij.
Herbarum Pulegy,
Betonicæ,
Origani,
Hyſſopi,
Praſſy,
Calaminthæ,
Sampſuchi,
Perſicariæ,
Chamedrios,
Chamæpytheos,
Meliſſæ,
Diptamni Cretici ana M. j.
Arthemiſiæ M ij.
Nepitæ,
Matricariæ,
Sabinæ ana M. jß.
Sem. aniſi,
Ozymi,
Dauci,
Ruthæ,
Nigellæ,
Petro ſelini Macedonici,
Carui an. ʒiij.

Con-

Contuſa macerentur per 24.horas in ſuff.quant. Hydromellitis, & bulliant ſec. art. addendo Sacchari q. ſ. vt fiat Syrupus.

Quandoquidem hic Syrupus de Arthemiſia in vſu Medico valde efficax ſit, & inſignis compoſitio, quæ ab Arthemiſia tanquam à baſi denominationem ſumit, cumque multum referat, ac ſaluti interſit, vt exactè præparetur, opere prætium videtur, vt eius præparandi modus exactus adſcribatur.

Radices primùm Ireos, Rubiæ, Helenij, & reliquæ, vt Baccæ Iuniperi, macerabuntur aliquot horis ſuper cineres calidos in hydromellite, deindè parum coquentur: poſteà addentur Arthemiſia, Sabina, Praſſium, Chamædrys, Chamæpytis, Betonica, & ſemina Aniſi, Ozijmi &c. quibus confuſè mixtis, poſtquam bullierint, ſuperaddentur Pulegium, Origanum, Calamintha, Nepita, Meliſſa, Sampſuchus, & Hyſſopus, tum omnia ſimul rurſùs parum elixata, ab igne amouebuntur, in illud vas transfundentur, & tepefacta exprimentur: Huic expreſſioni, vt decet, factæ, & clarificatæ, apponatur ſaccharum, & coctione ex arte facta, fiat Syrupus idoneus aromatizatus.

Spicæ nardi,
Cinamomi ana ʒ iij.

Suffi-

Sufficiens quantitas Hydromellitis videtur aliquibus eſſe ℔ x, alijs tantum octo, & coquunt ad quinque libras, quibus addunt ſacchari ℔ v. Verum nos Pharmacopæis commendamus, vt pro Manipulis vel maioribus, vel minoribus (quæ tamen ſemper ſemiunciam pendere deberent) proportionaliter Hydromel plus minus ſumant, & aduigilent, ne Aromata plus quam par eſt, Bulliant, ne ipſorum vires euaporent. Sunt etiam qui laudant, vas, in quo coquitur ſyrupus, alio vaſe operire, ac ſubinde aperire, vt vapores inter coquendum ſursùm elati, & coöperculo inhærentes excutiantur, ne in ſyrupum elabantur, atque ſyrupi odorem eripiant; quod & rectè fieri poteſt in omni alia medicamentorum coctione, quorum odor retinendus eſt.

## *Syrupus de Corallo.*

℞. Coralli rubicundiſſimi ℥ iiij.
Succi Berberis, vel Ribes, vel limonum ℔ j.
Vel tantum, vt vnus prædictorum Succorum Quatuor digitis, aut plus, materiam ſupernatet include in matraceo vitreato obturato, & in Balneo vaporoſo feruido collocetur, vt matracium aquam non attingat, ſed vapores ex aqua bulliente aſcendentes, circumquaque illud feriant,

vbi

vbi neceſſe eſt, vt vas aquam continens ex omnibus partibus probè muniatur atque claudatur, ne vapores exhalent (minimus Chymiſtarum novit, quid ſit Balneum vaporoſum) huius balnei calore, qui die, noctuque per triduum integrum continuabitur, totum Corallum in illo liquore fere diſſolutum apparebit, idque colore ſubrubro, & ſapore dulci; effunde per inclinationem quidquid diſſolutum fuerit, fæcibus, ſi ita videbitur, nouum ſuccum depuratum rurſus affundendo, & in cæteris procedatur vt ſupra: ad ℔ j. dicti ſucci, Corallina eſſentiâ optimè impregnati ſufficiet ſacchari candi ℥ vij. adycere, & ad ſyrupi conſiſtentiam decoquere, in ipſo quidem Balneo vaporoſo, non quidem clauſo, ſed aperto, & vaſis loco accipere oportet Alembicum, aut ſimile vas, cuius collum, & orificium ſit ſatis amplum.

Hanc Syrupi de Corallo præparationem licet difficilem factu, tamen optimam cenſemus, & omnibus aliis præparationibus præferendam; verùm cum magis adſtringere, & interanea corroborare ſit animus per hunc ſyrupum, in eo conficiendo ſuccum Ribes, aut Berberis præferimus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0164-8 DFG

## *Syrupus de Cinamomo.*

℞. Cinamomi odoratiſſimi groſſo modo contuſi ℥ iiij.

Macerentur per triduum in vaſe vitreo apud focum calentem, in vini maluatici (vel eius defectu in alio quouis vino generoſo) ℔ ij.

Tum diſtilla in Balneo Mariæ, & ſume huius aquæ diſtillatæ ℔ j.

Sacchari Roſati ℔. ß. & ℥ ij.

Miſce, & in vaſe figulino, vel vitreato, lento igne bulliat in Syrupum perfectè coctum.

## *Syrupus de Epythymo.*

℞. Epythymi ℥ ij.
Mirabolanorum Citrinorum,
Indorum ana ʒ. xv.
Cuſcutæ,
Fumiterræ ana ʒ x.
Thymi,
Bugloſſi,
Calaminthæ,
Mirabolanorum Embelicorum,
Bellericorum,
Glychiriſæ,

Polipody,
Agarici,
Stæchados ana ʒ vj.
Roſarum pallidarum.
Sem. Fœniculi,
Aniſi ana ʒ ij. ß.
Prunorum n°. xx.
Paſſular. expurgatar. ℥ iiij.
Thamarindorum ℥ ij. ß.
Aquæ puræ ℔ xvj. vel vt alij ℔ xv.
Sacchari albiſſimi ℔ iiij.
Sapæ ℔ iij.

Coquantur ſec. art. hoc modo, vt bene fiat Syrupus, in quindecim libris aquæ puræ, ad tertiæ partis conſumptionem; Agaricus autem per ſe in panno denſo ligetur, & parte quapiam decocti ad decem horas maceretur, deinde expreſſus liquor in fine cocturæ Syrupi affundatur, etiam Thamarindi in aliqua dictæ decoctionis parte diſſoluantur, & colentur, iterumque ponderentur ad iuſtum prædictum pondus vnciarum duarum & ſemis.

Mirabolani autem, antequam coquantur (non oleo Amygdalarum dulcium, vt fieri ſolet) fricentur, ſed Syrupo violato, vel Roſato ſolutiuo peracto decocto

℞. Sacchari ℔ iiij.
Sapæ ℔ ij.

Bulliant leniter ſimul ad Mellis ſpiſſitudinem, mox paulatim decoctio prior affundatur, & circa finem parati Syrupi inijciantur Thamarindi, decoctionis partæ prius diſſoluti, atque bis terue efferueſcant, vt fiat Syrupus.

## *Syrupus Alkermes.*

℞. Serici crudi, & aquam non experti ℥ ij. ß. & ℈ iiij.
Succi Pomorum dulci.
Aq. Roſar. an. ℔ j.

Macerentur per horas viginti quatuor omnia ſimul, & poſt modicam, per lentum ignẽ ebullitionem, exprimantur validè, & in expreſſo bulliant leuiter Granorum kermes contuſorum ℥ ij. donec omnis tinctura extracta ſit, coletur, & in eo adhuc feruido diſſoluatur Sacchari albi ℔ j. coquaturque ad debitam Syrupi conſiſtentiam.

## *Syrupus Endemicus Antuerpiens.*

℞. Rad. Raphani ſilueſtris,
Lapathi acuti an. ℥ ij.
Herbarum Sanctæ Barbaræ,
Capill. Veneris,
Beccabungæ,
Agrimoniæ,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0167-5

Cardui Benedicti,
Scolopendriæ,
Abſynthy an. M. ij.
Corticum Radic. Capparorum,
Tamariſci an.℥ j.
Flor. Sambuci,
Geniſtæ,
Borraginis an. p. ij.
Sem. Naſturtij,
Aniſi an. ʒ j.

Fiat decoctio in Aqua fumariæ q.ſ. Colaturæ ℔ iij. adde ſucci herbar. Cochleariæ,
Naſturtij aquatici,
Fumariæ,
Borraginis an. ℔ ß.

M. & cum oui Albumine per colum, aut per fermentationem, & inclinationem depuratis, adde ſacchari albi & puri q.ſ. & lenta concoctione f. Syrupus perfectè coctus.

## *Syrupus è Corticibus Citri.*

℞. Cortic. Citri, vel Limonis recent. ℔ j. coque in aq. comm. ℔ vj. donec duæ partes conſumptæ ſint, tunc adde ſacchari albi & mundi ℔ j. & rurſus decoquatur in Syrupum.

*Oxymel.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0168-1

## *Oxymel ſimplex.*

℞. Mellis optimi ℔ ij.
Aquæ pluuialis, vel fontanæ ℔ iiij.
Bulliant ſimul lento igne ſemper deſpumando ad medietatis aquæ conſumptionem, tum adde:
Aceti optimi ℔ j.
Et coquantur omnia ſimul in Syrupi liquidioris conſiſtentiam.
Debet hoc Oxymel in vaſe fictili coqui, & in ſimili quoque reponi.

## *Oxymel Squylliticum.*

℞. Mellis deſpumati ℔ iij.
Aceti ſquyllitici ℔ ij.
Bulliant in vaſe figulino ad conſiſtentiam Syrupi liquidioris.

Diſſentiunt aliqui in coquendo hoc Oxymellite ſquyllitico; quia malunt illud cum aqua parare, alij putant non opus eſſe admiſcere aquam, qui a Mel non niſi aquâ deſpumatum, & coctum ſumunt, cui opinioni nos quoque ſubſcribimus.

## *Hydromel.*

℞. Mellis optimi ℥ xij.
Aq. pluuialis, vel fluuialis ℥ xxxx.

Bulliant ſimul, ſemper deſpumando, donec tertia pars conſumpta fuerit, vel donec ouum crudum ſupernatet; tunc ab igne amoueatur, refrigeretur, & in dolium, aut aliud vas idoneum fundatur, & ponatur in cella vinaria ad vſum.

Hæc ſimplicis hydromellis parandi ratio hîc inſerenda fuit, quia eius mentio, & vſus in Syrupis, alijſque Medicamentis conficiendis non rarò occurrit.

## *Mel Roſatum.*

℞. Succi Roſarum rubrarum colati ℥ ij.
Mellis optimi ℥ j.

Bulliant in vaſe fictili ſemper deſpumando ad Quartæ partis conſumptionem, & ſeruetur vſui in vaſe vitreato.

Hic modus faciendi Mellis Roſati, nobis melior videtur; quamuis ſciamus aliquos idem cum floribus parare, vt ſumptibus parcant.

## *Mel violatum.*

Mel violatum eodem modo, quo Mel Roſatum, confici debet, verum quia aliquando tanta ſucci

copia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0170-1

copia non ſuppetit, hoc ſequens poterunt Pharmacopæi eius loco ſubſtituere.

℞. Florum violarum recentium ℥ j.

Mellis optimi non nimium recentis, neque nimium veteris ℥ iij.

Calefiant leviter in olla figulina, & permiſceantur, tum per quindecim dies ſoli exponantur, alternis diebus rudiculâ agitando, tum in vſum reponantur.

## *Mel Anthoſatum.*

℞. Florum Roriſmarini ℥ j.

Mellis deſpumati ℥ iij.

Miſce, in olla vitreata anguſti oris inſoletur, & ſerua ad vſum.

Hoc mel Anthoſatum ſimili modo debet confici, velut Mel violatum: poteſtque bis in anno confieri, Vere, & Autumno, quandoquidem Roſmarinus his temporibus floreat.

## *Mel Mercuriale.*

℞. Succi Mercurialis ℥ iij.

Mellis optimi ℥ iiij.

Bulliant, deſpumando, in conſiſtentiam debitam.

Non eadem Mellis quantitas ab omnibus adhibetur, aliqui plus ſucci, alij plus Mellis aſſumunt; ſed

ſed cum hoc Mel Mercuriale non ex folijs, vel floribus conficiatur, ſed ſolo ſucco, dicimus hoc modo præparatum, ſatis efficax eſſe, imo melius, quam ſi ex foliis conficeretur.

Nec refert ſive ex Mercuriali fæmina, vel mare fiat, quia vtraque huic melli parando habet ſimiles vires.

## *Sapa, ſive Rob ſimplex.*

℞. Vini recenter ex vuis albis generoſis,
& maturis expreſſi ℔ x ij.

Coque igne luculento ad duarum partium conſumptionem, vt tantum quatuor libræ ſuperſint; vel tam diu, donec Mellis conſiſtentiam acquirat, tum in vaſe idoneo reſeruetur ad vſum.

Quia nonunquam ſapæ mentio occurrit, in his ſyrupis, & aliis medicamentis conficiendis, idcirco modus præſcribitur: & licet hic raró fiat, ſed ex Gallia, & Hiſpania ad nos adferatur, tamen hic quoque ex vuis maturis defectu Gallicæ, vel Hiſpanicæ ſapæ confici poſſet.

## *Rob de Ribes.*

℞. Succi Ribes ℔ x.

Coque lento igne ad tertiæ partis conſumptionem, coletur, & colatura ſubſideat, donec clareſcat,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0172-2
DFG

reſcat, quæ poſtea lento igne denuò coquatur, aut inſoletur ad craſſitiem quæ ſervari poſſit.

Rob de Berberis eodem modo etiam conficitur.

Sed ſi his ſuccis Saccharum q. ſ. admiſceatur & ad iuſtam conſiſtentiam coquatur, vocabitur *Rob compoſitum*, quod non ſolum in Medecina, ſed & in bellarijs locum habebit. Tali modo poterunt parari Rob Citoniorum, de Cornis, & ſimilium, quæ ſi in officinis ſeruentur, poterunt ſuo tempore vſui venire.

## *Diamorum, vel potius, Syrupus de Moris.*

℞. Succi Mororum domeſticorum non maturorum ℔ ß.
Succi Mororum Rubi ſilueſtris,
Mellis albi deſpumati ana ℔ j.
Sapæ ℥ iiij.

Coquantur ſecundum artem ad iuſtam conſiſtentiam. Hic verus Syrupus eſt de Moris qui nunc vulgariter *Diamorum*, vel *Rob de Moris* vocatur non eſt tamen Diamorum antiquorum, quod hic ſuperfluum eſſet, cum hoc præſens eius vices abundè ſuppleat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0173-8

## *Conſerua florum Violarum.*

℞. Florum Violarum recentium à ſuis calicibus, & pediculis mundatorum, & in mortario lapideo cum piſtillo ligneo tritorum ℥ j.

Sacchari albiſſimi ℥ ij.

Terantur, ac ſubigantur ſimul, & vaſe fictili repoſita Quindecim diebus inſolentur, & ſeruentur vſui.

Ad hunc modum poſſunt præparari reliquæ Conſeruæ; adeò vt non ſit neceſſe alias ad longum præſcribere: hoc tantum animaduerſo, quod flores terſi debeant eſſe, & non pluuioſa vel rorida humiditate madentes; & ſingulis libris florum addi Sacchari albiſſimi libræ duæ, videlicet quando humidi, & mucilaginoſi ſunt; vt Borraginis, Bugloſſi, ſimiliumque; qui vero ſicciores ſunt, vt Roriſmarini, Saluiæ, Menthæ, Lauendulæ &c. illis oportebit addere, pro vnaquaque libra florum Sacchari ℥ ij.ß.

Et ne fermentando facile ex poculis diffluant conſeruæ, non ad ſummum implenda ſunt pocula, ſed ſpatium relinquendum vacuum.

Poſſunt etiam conſeruæ decoqui cum Saccharo, pro delicatioribus, qui magis guſtui ſtudent, quam ſanitati, ſed quia florum & herbarum vires

bul-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0174-4

bulliendo aliqualiter exhalant & diminuuntur, idcircò Conſeruæ efficaciores habentur, quæ ex crudis floribus, & herbis conficiuntur, fermentatione ſatis molleſcunt:

Et debent in officinis hæ ſequentes Conſeruæ, ſeruari paratæ:

Conſerua Roſarum rubrarum,
Conſerua Roſarum Pallidarum,
Conſerua Piloſellæ, *vel* de pede cati.
Conſerua florum Calendulæ.
Conſerua Cichorei.
Conſerua Anthos.
Conſerua Betonicæ,
Conſerua Saluiæ,
Conſerua Meliſſæ,
Conſerua Abſynthy,

Flores autem natura ſua viſcoſum humorem continentes, quales ſunt Borraginis, Nympheæ &c. nullo modo, vel decoctionem, imo nec contuſionem patiuntur, alias Conſerua ex illis ita facta, omnino lenta, viſcida fit, & nauſeam accipientibus parat, vnde hi flores tenuiſſimè cultro ſunt incidendi, & poſtea ſaccharum addendum eſt ea proportione qua dictum eſt ſupra.

Si quis autem ex prænominatis floribus Mor-

ſellos, ſiue conſeruas ſolidas conficere voluerit, Saccharo aqua ſtillatitia eiuſdem floris parum coćto, ſiue flores poſtea addendi, qui conſeruandi modus, vt clarius pareat, pro exemplo inſeruient Morſelli Roſei.

℞. Sacchar turbinati albiſſ. ℔ ß.
Aquæ ſtillatitiæ Roſarum ℥ ij.

Coquantur in Electuarium ſolidæ conſiſtentiæ, ab igne remoto adde Roſarum ſiccarum, ab vnguibus purgatar. pulueriſatar. ℥. ß.

Et vbi pene refrixerint, ex arte formatos Morſellos chartæ impoſitos exſicca:

## Eclegmata, ſiue Lohoch.

### *Lohoch de Caulibus.*

℞. Succi Caulium rubrorum igne, vel ſole depurati ℔ j.
Sacchari albi,
Mellis optimi ana ℔ ß.
Miſce, & bulliant vt decet, ſub finem addendo:
Croci pulueriſati ʒ iij,
Miſce, & fiat Lohoch.

## *Lohoch de Pulmone vulpis.*

℞. Pulmonis vulpis ſiccati, & præparati,
Succi Glychiriſæ,
Adianthi albi,
Seminis Fœniculi,
Aniſi ana partes æquales,
Pulueriſentur tenuiſſimè, miſceantur, & cum Syrupo Myrthino, vel de Roſis ſiccis, vel etiam de Symphyto Fernelij q. ſ. fiat Lohoch.

## *Diacodium Compoſitum.*

℞. Capita Papaueris non nimis viridia, nec nimis arida cum ſeminibus n°.xv.
Roſarum rubrarum ℥ ij. ß.
Croci,
Acaciæ,
Glychiriſæ raſæ ana ʒ j.
Boli Armeni ℥ ß.
Cinamomi,
Radicum Conſolidæ,
Hypocyſtidos,
Balauſtiorum ana ʒ j.
Myrthi,
Dauci ana ℥ ſ.

Coralli rubri,
Coralli albi,
Sumach,
Sanguinis Draconis,
Florum Altheæ ana ʒj.
Sem. Portulacæ,
Sem. Lactucæ ana ʒj. ß.

Capita Papaueris in ſufficiente quantitate aquæ pluuialis per duos dies macerato, tum ad tertias coquito, & decoctum expreſſum ad iuſtam conſiſtentiam ebullito cum

Mellis optimi ℔ ij.

Tum depoſito ab igne vaſe, ſpecies ſubtiliſſimè tritas admiſceto pro Eclegmate.

## *Lohoch Sanum & Expertum.*

℞. Paſſularum mundatarum,
Caricarum,
Dactilorum ana ℥ ij.
Iuiubarum,
Sebeſten ana nº. xxx.
Seminum Fænugræci ʒ v.
Sem. Lini,
Aniſi,
Fœniculi,
Radicis Ireos,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0178-7

Glychiriſæ raſæ,
Cinamomi ana ℥ ß.
Capillorum Veneris,
Hyſſopi,
Calaminthæ ana M. j.

Coquantur omnia ſecundum artem in ℔ iiij. aq. puræ ad medietatem;

Adde colaturæ Sacchari Penidiorum ℔ ij.

Bulliant denuo ad Mellis Spiſſitudinem, tunc adde ſequentia pulueriſata:

Penidiorum, id eſt nucleorum Pini mundatorum ʒ v.
Amygdalarum dulc. mundat,
Amyli ana ʒ iij.
Glychiriſæ,
Gummi Tragacanthi,
Gummi Arabici ana ʒ ij ß,
Ireos ʒ ij.

Miſce omnia exactè, & fiat Eclegma cum piſtillo ligneo

Vt hoc Eclegma bene conficiatur, debet radix Ireos in taleolis ſecari, primum in aqua limpida ebulliri per octauam horæ partem; deindè ſemina miſceantur & parum bulliant, tum fructus & folia; poſtquam hæc parum bullierint, poſtremò addenda eſt Glychiriſa, & Cinamomum.

In

In colatura vt decet cum Penidijs cocta, pulueres ſeorſim primò triturati, & leuigati, deinde confuſè mixti conijciantur, vt ex his ſimul vnitis omnibus, & piſtillo ligneo agitatis, fiat Eclegma.

## *Penidiæ, ſiue Saccharum penidiorum.*

℞. Sacchari albi & mundi ℔ ij.

Infunde per noctem in quantitate aquæ dulcis & puræ, quæ ſufficiat ad ſaccharum coöperiendum, in vaſe terreo intus vitreato, cuius orificium amplum ſit: tum bulliat in eodẽ vaſe ſuper ignem ex prunis ſine fumo, guttatim inſtillãdo tantillum olei Amygdalarum dulcium recenter extracti, & ſemper miſceatur ad aquæ conſumptionem. Tum gutta vna, atque altera ſuper marmor proijciatur, & digitis experiatur, num cohæreat, vel filamenta fiant, ſi ita, tum ab igne reponatur, & totum ſuper marmoreum lapidem oleo Amygdalino inunctum effundatur, & ita calidè extendatur, tum parum extenſum ferro curuo, vel adunco parieti infixo impendatur, & tam diu manibus extrahatur, donec dealbetur, in fine ſuæ albedinis apponatur igni quamdiu traxeris; & calefiat, vt extendatur melius, & iterum adunco ferro impendatur ſemper trahendo, donec albeſcat, deinde incidatur cum forcipibus.

Verum

Verum ſi quis velit efficere varias formas, tunc accipiendum eſt amylum album, & tere in lapide marmoreo, & extende ſuper illum præſcriptam paſtam, & plica, & revolue, & fac tales formas tam cito vt inter manus non infrigidetur; his factis, impone cribo, & per horam igni appone, tunc infrigidetur, reponatur & ſervetur vſui.

## De Tabellis.

Rotulæ, ſeu Tabellæ eodem fere modo fiunt, quo Morſelli, niſi quod formulas minores expetant, & per conſequens cum pulueribus ſubtilibus conficiendæ ſunt, aut ſimilibus, quæ efformationi earum non reſiſtunt. Proportio ſacchari vulgaris eſt octupla $\frac{1}{8}$ plus minus, niſi purgantes fuerint, in quibus proportio eſt quadrupla $\frac{1}{4}$ hoc eſt ſpecierũ vni parti addendæ ſunt ſacchari quatuor: ſi Olea ſtillatitia (quod non raro contingit) addenda ſint, ad Sacchari v. g. ℥ j. ſufficiunt Olei gr. iiij. Solent etiam Tabellæ fieri & rotulæ ex ſuccis herbarum, florum, Fructuum, qui cum Sacchari ſ. q. ad debitam conſiſtentiam excoquuntur. Notandum tamen quod ſi ſucci addendi acidi ſint, & ſaporis auſteri, cum hi nullam admittant concoctionem, ſola miſtione reciproca conficiendæ erunt, pro exemplo ſint:

## *Tabellæ de Berberis.*

℞. Sacchari puriſſimi ℔ j.
Incaleſcat ad ignem lentum cum aq. diſſoluta, coctæ affunde ſucci Berberini ℥ iij.
M. & ſ. a. formentur rotulæ in Hypocauſto exſiccandæ: eodem modo fieri debent ex Succo,
Frambeſiorum,
Citri, & ſimilium.

## *Bacilli Bechici.*

℞. Pulueris Diaireos,
Specier. Diatragacanth. frig. an. ʒ iſ.
Pulueris Glycirhiſæ ℥ ß.
Sacchari candi ʒ iij.
Sacchari albi turbinati ℔ j.
M. ſ. a. & cum Gummi Tragacanthi, aqua Roſarum ſoluto, fiat paſta, ex qua parentur bacilli oblongi, & tenues.

## *Saccharum Roſatum.*

℞. Sacchari turbinati albiſſimi ℔ j.
Aquæ Roſar. ſtillat. ℥ iiij.
Coquantur in Tabellarum conſiſtentium.

Manus

*Manus Chriſti Perlata*

Fiet ſi prædicto compoſito ſub finem coctionis immiſceatur Margaritar. præparat. & ſubuliſſ. trit. ℥ß.

Ex his ſuper marmor ſ.a. artem effuſis f. Tabellæ.

*Tabellæ Diamannæ.*

℞. Sacchari lib. j.

Mannæ el. aquâ Tuſſilaginis diſſolutæ vnc.ij.
Miſce f. ſ. A. tabellæ.

Continentur hoc libro vary pulueres, & ſpecies aromaticæ, ſecundum quas Medicus poterit varietatem Tabellarum præſcribere, eo fere modo, quo ſupra enarravimus.

## De Gelatinis.

Gelatina à colore ſuo & conſiſtentia ſortitum eſt nomen, quæ nihil à parte rei eſt, niſi ſuccus compoſitus artificioſè inſpiſſatus, & in ſcutellas effuſus, vnde quidam omnem ex fructibus ſuccũ ſaccharo confectum, vt Pomorum, Ribium &c. non tam ineptè inter Gelatinas collocant, que nos in Rob ſerie locum dedimus, Gelatinas autem magis vſui venire natas, hic paucas appoſuimus.

## *Gelatina ex Cornu Cervi.*

℞. Raſuræ Cornu Cerui Anglici ℥ v j. infundantur in aq.comm. ℔ iiij. per 24. horas, deinde ebulliant, ad ℔ j. & additis ſacchari ℥ ij. ſucci Limon. vel acidi Granator. ℥ j. vel ℥ ij. vel eorum loco tantundem Omphacy, vnius oui albumine cum teſta agitato, & ſpumeſcente, iterum igni admoueatur, ad ebullitionem vſque, excluſiuè tamen, vt tantum feruefcat, tunc raptim traijciatur per colum ſeu manicam Hyppocratis, in quo etiam albumen oui cum teſta eſt conquaſſatum, idque toties donec liquor perſpicuus ſit & limpidus, qui in loco frigido concreſcat: & ita neceſſitate vrgente, vel è Cranio humano Gelatina confici poſſet.

Nota recentia, & tenuia Cerui cornicula, vtpote ſucculentiora, eſſe præſtantiſſima, vel ſaltem raſuram Anglicam; & prædictam Gelatinam pro ægri ſtatu, ex præſcripto Medici Caryophillis, Cinamomo &c. Aromatizari poſſe.

## *Gelatina ex Cidonijs.*

℞. Cidoni. cum ſemin. cortic. & toto q. v. incide in fruſta, ebull. in aq. cõm. q. ſ. per notabile temporis ſpatium idque leuiter, & ſex libris huius clarificatæ decoctionis, add. ſacch. albi ℔ j. ß. tranſcoletur-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0184-9

tur cum oui albumine & teſta, vti dictum eſt ſupra, & bulliat donec Gelatinæ conſiſtentiam acquirat.

*Gelatina Carthuſianorum.*

℞. Carpionis, Percarum, Truttarum, Luciorum (fluuiatilium, non lacuſtrium) capitibus fiſſis, bene ab omni ſpurcitia mundator. euiſceratorum, & parum exſiccatorum ℔ j. in ſegmenta diviſa ollæ fictili vitratæ imponito, cum aq. & vin. alb. gall. an. p. e. ita vt dictus liquor 4. digitis ſupereminеat & igni apponito, vbi deſpumavit, inijce raſur. corn. Cerui ℥ ij. ß. ſal. comm. ℈ j. coquatur donec juſculum colatum, expreſſumque ex linteo ſeu mantili ad ℔ j. redeat, quod in loco commodo concreſcat, & tunc ſuperſtantem adipem, plumâ Anſeris cum iuſculi eiuſdem cochlear. N. ij. in ſartagine liqueſcat, & addito Croci ℈ ß. cum reliquo Gelatinæ dilues cum Cinamom. ℈ j. ſacch. alb. ℥ ij. album. Oui vnius, & igni impones donec ferveſcat, tunc per manicam Hyppocratis, aut colum, in quo albumen oui cum teſta conquaſſatum eſt, toties traycies, donec ſuccus limpidus ſit, & clarus, qui in patina concreſcat.

## De Conditis.

Sicuti Medicinæ ſimplices in puluerem, & ſpecies redactæ, ſaccharoque aut Melle exceptæ Electuaria, ita contic. & rad. ſimiliter aſſeruatæ, *Condita.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0185-5

Quibus hæc generalia ſunt præmittenda Nempe ad illa coquenda, ſartagines, pelues, cacabique ex Ære rubro præſtare: ſpathulæ, & cochlearia lignea erunt, vel argentea, non autem Ænea vel ferrea.

Saccharum album ſit ex ſe ipſo ſincerum, & purum, vel ita arte confectum, hoc eſt albumine ovi cum teſta mundatum.

Vaſa quibus imponuntur ſint fictilia, vel talia ſaltem à quibus gratus conditorum ſapor non adulteretur, & non tegantur ante totalem refrigerationem.

## *Miva Cidoniorum rubra.*

℞. Cidonior. recenter decerptor. ab interiorib. & cortic. mundator. ℔ v. ſacch. alb. albumin. ovor. clarif. ℔ iij aq. cõm. ℔ vj. ebulliant lentè, ſpathulâ lignea ſatis lata continuo agitando ne amburatur, donec Cidonia rubeſcant, & ſyrupus inſpiſſatus ſit, tunc illa cocta Cidonia per patinam perforatam piſtillo, aut ligneo cochleari adigantur, & predicto ſuo ſyrupo admiſceantur, bulliantque ad conſiſtentiam debitam, quæ cognoſci ex eo poteſt, quod guttulæ aliquot quadræ impoſitæ, & refrigeratæ cultro, abſque eo quod adhereſcant, auferri poſſint.

Notandum bene vt Miua hæc graté rubeat, Cidonia debere eſſe recentiſſimè decerpta, non flava

ſed

ſed ſemimatura tantum: deinde vt Cidonia antequam contundantur, & trayciantur, tam diu quam poſſibile eſt coquantur, nam ſi poſt traiectionem coquatur diutius, nigreſcit.

Modum condiendi Cidonia per quadras, cum parvi vſus in Medicina ſint, noſque ſanitati potius quam ſaporis gratitudini ſtudeamus, vti & alia quam plurima guſtus dumtaxat irritamenta, omittemus, eo magis quod ex jam ſcribendis, reliquorum omnium conditura facillimè addiſci queat.

## *Iuglandes conditæ.*

℞. Iugland. virid. q.v. cuſpide ligneo, aut acu crinali quo feminæ vtuntur argenteo, ſecundum longitudinem, & latitudinem trans fodiantur, & in aq. comm. ad minus per tres dies macerentur, aquâ ter aut quater innovata, tunc in alia aqua ad aliqualem mollitiem decoquantur, linteo mundo, vbi exempta fuerint, exſiccentur, in foraminibus antea, vt dictum eſt, factis Garyophilli & Cinamonum in longum inciſum immittantur, deinde equale ſacchari pondus cum pauca aqua liqueſcat, & adiectis iuglandibus coquantur ad debitam ſyrupi conſiſtentiam.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0187-7

## *Radices Helenij, Eryngij, Scorzoneræ, Cichorei &c. conditæ.*

℞. Radic. prædict. recentium q. v. mundatas, hoc eſt lotas, non raſas, & in aliquot partes inciſas ebulliant in aq. commun. q. ſ. ad mollitiem, eximantur, & prædicta decoctio, cum radic. pari pondere ſacchari (ſi helenij fuerint, alias dimidium ſufficiet) & albumine ovorum cum teſta confract. trayciatur per manicam Hyppocratis, & ſimul cum radicibus injectis coquatur ad ſyrupi ſpiſſioris conſiſtentiam.

## *Cortices Citri, & Aurantiorum conditi.*

℞. Cortic. Citri vel Aurantior. q. v. macerentur per tres aut quatuor dies in aq. comm. quæ ſingulis diebus renovetur, exemptæ humectentur lixiuio claro ex communibvs cineribus confecto 4. aut 5. horis, effuſo lixiuio, aquâ pura laventur, & bulliant, donec emolleſcant, effuſa calida, aſpergantur frigidâ, collocentur ſuper vimina, aut aliud quodpiam, ita vt omnis aqua exſtillet, quod reliquum illis inheret, manu exprimatur, & ita in poculo commodo bene compingantur. Tunc ex ſaccharo albo clarificato fiat Syrupus bene coctus, id eſt valde ſpiſſus, qui tepidus, compactis corti-

cibus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0188-2
DFG

cibus affundantur, ut cortices ſubmerſæ, & illo omnino contectæ ſint. Aliquot diebus elabentibus Syrupus inſtar aquæ attenuabitur, qui ablatus iterum ad ſaturatum ſyrupum decoquatur, & affundatur, idque reiterandum toties, donec cortices ſaccharo totaliter impregnatæ, aquoſitate ſua ſyrupum non amplius attenuent. Quidam in vltima vice cortices ſimul cum ſyrupo leuiter ebulliunt, quod non improbandum.

## *Fructus Rubi Idæi* (vulgo Frambeſia) *conditus*.

℞. Sacch. optim. ℥ xx. adde aq. comm. tantillum & bulliat pene in Syrupum vſque: amoto ab igne tantundem Rubi Idæi fructus, ſiue Frambeſy, acerbioris, & paulo vltra dimiduũ maturi impone, maneatque per ſemi horam, poſtea bulliant omnia ſimul, donec ſyrupus bene conſiſtat.

Nota hoc eodem modo condiri vuarum maiorum, vulgo **Muſcadellen**, racemi integri, vti & Berberis, & Ribes, caules Lactucæ, Ceraſa acida, Corni, Pyra &c. Sed gemmæ Cappar. Geniſtæ, Cucumeres minores, folia Dracunculi hortenſis Crithmi, fabæ Turcicæ virides, Fungi &c. cum nullũ aut parvum in Medicina vſum obtineant, ad Cocos potius ſpectare videntur, qui illa non ſaccharo, ſed muriâ vel aceto & ſale condita aſſeruant.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0189-1
DFG

Quod ſi quiſpiam humida condita aſpernetur, eaque ſicca deſideret, ſequetur hunc agendi modum: affundat liquidè conditis parum aquæ puræ, vt ſacchari viſcoſitas auferatur, & bulliant leuiter, tunc ex ipſo feruore res confectæ eximantur, & craticulis vimineis impoſitæ vel ſolis, vel Hypocauſti calore ſiccentur: tunc ſaccharū albiſſimum cum tantillo aquæ coquatur, donec Tabellarum fere conſiſtentiam acquiſiuit, conficienda impone, & bulliant, ab igne tamen amoueantur, antequam ſaccharum totaliter indureſcat, eximantur confecta, & ſuper vimineas craticulas ſoli, aut Hypocauſto exponantur, & probè ſiccata conſeruentur.

## *Paſta Regalis.*

℞. Pulpæ Perdicis ℥ iij.
Pulpæ pulli gallin. aut Capi ℥ ij.
Grana Pini,
Piſtacear.
Amygd. dulc. mund. an. ℥ ß.

Macerentur per 24. horas in aq. roſ. q. ſ. tunc adde
Paſſular. ab acin. mund. ℥ ß.
Cinamomi ℈ ij.
Sem. Maluæ,
Papaueris albi an. ℈ j.
Gomm. Tragacan
Sem. Melon. an ʒ ß.

Sacch.

Sacch. alb. in aqu. Roſ. diſſolut. ℥x. f. ſ. a. boli, aut panes dulciarij cuiuſuis figuræ, ſenſim exſiccandi, & auri folijs obducendi, vti Morſelli ſolent, qui ex omni genere medicamenti fieri poſſunt, dummodo non reſpuat cum ſoluto ſaccharo commiſceri, & in placentam indurari: fieri ergo poſſunt ex, ſemine minutiore, conſervis, pulueribus & ſpeciebus, extractis, &c.

*Vinum Hyppocraticum.*

℞. Sacchar. optim. minutim conciſ. ℔ j.
Cinamom. ſelect. ℥ j.
Zinziberis ℥ ij.

Contundantur Aromata ſola, & tunc ſimul cum Sacch. in vas ſtanneum, aut figulinum conijciuntur, & affunduntur vinialbi, aut rubelli generoſi ℔ iij.

Hæc omnia bene mixta vas continens bene tegitur, ponitur in camini angulo per noctē, mane adiecto lactis cochleare vnico, vt limpidius evadat quater vel quinquies per manicam Hyppocratis, aut colum transfunde.

*Saccharacea & Tragemata.*

Quæ vbique obuia venduntur qualia ſunt
Semen Aniſi,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0191-1 DFG

Coriandri,
Carui,
Cumini,
Fœniculi dulcis,
Santolinæ *ſeu* contra vermes,
Item fructus vt amygdalæ,
Pinei,
Piſtacia &c.

Cum in hac vrbe ad Pharmacopolas non ſpectent, ſed vulgariter in pluribus officinis cruſtulâ ſacchari vendantur obducta, conficere nõ docemus.

# TRACTATVS QVINTVS

## De Electuarijs, Speciebus, & Pulueribus Purgantibus.

Innumeræ ferè ſunt apud Authores Catharcticorum Compoſitorum deſcriptiones, multiplex forma, multuſque parandi modus: quæ omnia tradere, non ſolum ſuperfluum, ſed & Medicis, Pharmacopolis, ægrotis, & Reipublicæ nociuum. Ex his ſelectiora, præſtantiora, & vſu maxime probata damus: atque ea, in Electuary liquidi, vel ſolidi, & Pulverum ſiue Specierum formâ.

Electua-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0192-7 DFG

Electuaria mollia purgantia, ſunt Medicamenta compoſita ex ſimplicibus virtute purgatrice præditis, quæ mixta cum Melle, Syrupo, vel aliquo æquiualente, conſtituuntur in formam mollem, non fluidam tamen.

Solida verò quæ Tabellæ, Rotulæ, vel Loſyngæ vocantur, ex aquâ conueniente, & ſaccharo, alioue vicem gerente, ſimul coctis; aliquotque ex ſimplicibus Medicamentis, quorum aliqua purgatiuâ vi ſunt prædita. Sicuti Pulueres ſiue ſpecies purgantes compoſitæ, ſunt plura Medicamenta ſimplicia, quorum vnum, vel plura purgant in pulueres tenuiſſimos redacta, ac ſibi inuicem bene permixta.

## Pulueres, & Species Laxatiuæ.

### *Puluis Sennæ Montagnanæ.*

℞. Fol. Sennæ Alexandrinæ mundatæ. ℥ j. ß.
Gingiberis,
Macis, ana ʒ iij.
Cinnamomi,
Tartari, ana ʒ j. ß.
F. Puluis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0193-3
DFG

## *Species Hyeræ ſimplicis.*

℞. Cinnamomi,
Macis, *vel* ligni Aloës,
Rad. Aſari,
Spicæ Nardi Indicæ,
Croci,
Maſtiches, ana ℨiij.
Aloës ſocotrinæ ſuccidæ, ℥vj. & ℥ij.
F. Puluis.

## *Species Hieræ Logadij.*

℞. Trochiſcorum Alhandali,
Polypodij, ana ℨij.
Euphorbij,
Polij montani minoris,
Semin. Thymeleæ, ana ℨj. ß. & gr. vj.
Abſynthy,
Myrrhæ, ana ℨj. gr. xij.
Centaurij minoris,
Agarici,
Ammoniaci,
Folij, *vel eius loco* Macis,
Spicæ indicæ,
Scyllæ præparatæ,
Diagrydy, ana ℨj.

Aloës,
Comarum Thymi,
Chamedrios,
Caſſiæ ligneæ,
Bdellij,
Marrubij, ana ℈ j. gr.xiiij.
Cinnamomi,
Opoponacis,
Caſtorij,
Ariſtologiæ longæ,
Trium Piperum,
Croci,
Sagapeni,
Petroſelini Macedonici aa ʒ ß.
Ellebori nigri,
albi, ana gr.vj.
F. Puluis.

*Sp ierum Diacarthami.*

Deſcriptio habetur in Electuario ſolido, omiſſis Melle, & Mannâ.

*Species Diaturbith cum Rhabarbaro.*

℞. Turbith,
Hermodactylorum, aa ℥ ß.

Rha-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0195-5
DFG

Rhabarbari, ʒ v.
Diagrydij, ʒ ij.
Santali rubri,
albi,
Flor. violarum,
Gingiberis, ana ℈ ij gr. v.
Maſtiches,
Aniſi,
Cinnamomi,
Croci ana. gr. xv.
F. Puluis.

### *Species Eleſchopi.*

℞. Diagrydy,
Turbith, ana ʒ iij.
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Gingiberis,
Myrabolanorum,
Nucis Moſcatæ,
Polypody, ana ʒ ij ß.
F. Puluis.

### *Puluis ſalſæ Laxativæ.*

℞. Salſæ electæ, ℥ j ß.
Folior. ſennæ electæ, & mundatæ, ʒ j.
Her-

Hermodactylorum,
Turbith,
Ialappæ, ana ℥ ß.
Diagrydy,
Tartari albi, an ʒ ij.
Thuris,
Aniſi, ana ʒ j.
F. Puluis.

## *Puluis Panchymagogus.*

℞. Scammoneæ Sulphure præparatæ, vti in Scammoneæ præparatione dicitur.
Antimonij, ſequente modo præparati, ana ℥ j.
Cremoris Tartari, ℥ ß.
M. F. Puluis.

## *Antimonium hoc modo præparetur.*

℞. Antimonij optimi pulueriſati, ℥ j. ß.
Salis Nitri pulueriſati, & lento igne parum exſiccati, ℥ iiij. ß.

Inſpergatur primò Nitri ℥ j in fundo Crucibuli, vel alterius profundioris vaſis, deinde Antimonium, cum reliquo Nitri benè mixtum, ſuperaddatur: accenſa carbone ignito in loco aperto deto-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0197-6
DFG

nent; Cauendum benè à fumo. Sic combuſta ſinantur per vnum, vel alterum diem in caueâ: Affuſa poſt aquâ tepida benè ſolutis, & mixtis, craſſiores partes paulatim ad fundum ſubſidentes, per decantationem reiteratis vicibus ſeparentur à floribus, qui (craſſa materiâ abiecta) aquâ tepida dulcorati, ad fundum ſubſidentes, aquâ per inclinationem, vel filtrationem ſeparata, ſole, vel lento igne exſiccentur, & vſui ſeruentur.

## *Puluis ad Vermes.*

℞. Sem. Zedoariæ,
Corallinæ ana ʒ vj.
Sem. Caulium,
Mali citri mundati, ana ℥ ij.
Cornu Ceruі ſine igne calcinati,
Scordij,
Dictamni Cretici, ana ʒ j.ß.
Fol. Sennæ elect. & mundatæ,
Rhabarbari electi, ana ℥ ß.
Cinnamomi, ʒ ß.
F. Puluis.

Pluuis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0198-2
DFG

*Puluis Paracelſi.*

℞. Hermodactylorum,
Turbith optimi,
Diagrydy,
Fol. Sennæ elect.
Raſuræ cranij, vel oſſium human.
Sacchari an. p. e. M. f. Puluis ſubtilis.

*Puluis Quercetani.*

℞. Rad. Aaronis præparat. ℥ j.
Acori vulgaris,
Pimpinellæ an. ℥ ß.
Semin. Naſturtij,
Oculor. cancri calcinat. an. ʒ ij.
Cinamomi ʒ j. ß.
Salis Abſynthy,
Iuniperi an. ℥. ß.
Sacchari roſati q. ſ. ad guſtum.

*Puluis Errhinus Rulandi.*

℞. Semin. Nigellæ,
Ellebori albi an. ℈ j.
Maioranæ,
Roriſmarini,
Saluiæ an. ʒ. ß. M. f. Puluis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0199-0

# Electuaria Purgantia.

## *Diacaſsia.*

℞. Folior. Violarum,
Maluæ,
Mercurialis,
*Betæ*,
Parietariæ,
Flor. Violarum, ana M. ß.

F. Horum viridium decoctio in aq. comm. ℔ v. bulliant ad dimidij conſumptionem, colaturâ benè expreſſâ, extrahatur Caſſia, & ad ſingulas libras pulpæ addantur Mellis deſpumati, ℥ vj.

F. ſ. a. Electuarium.

## *Electuarium Lenitiuum.*

℞. Radic. Polypodij Quercini recentis,
Paſſularum mundatarum, ana ℥ ij.
Hordei mundati, M. j.
Capillorum Veneris,
Florum Violarum, ana M. j.
Iuiubarum,
Sebeſten, ana n°. xx.
Prunorum enucleatorum,

Tamo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0200-6

Tamarindorum, ana ℥ j.
Sem. Feniculi,
Glychiriſæ raſæ, ana ℥ ß.
Fol. Sennæ mundatæ, ℥ ij.

Coquantur ſ.a. in aquæ comm. q.ſ. ad conſumptionem duarum partium. Cola, Particulâ Colaturæ extrahe,

Pulpæ Caſſiæ,
Tamarindorum,
Prunorum, ana ℥ iiij.

Reliquum colaturæ coquatur in Syrupum cum Sacchari, ℔ j. ß.
Sacchari violati, ℔ ß.
Tunc adde pulpas extractas,
Fol. Sennæ mundat. puluer, ℥ iij. ß.
F. ſ. a. Electuarium.

## *Diacatholicum.*

℞. Polypody Quercini, ℔ ß.
Sem. Fœniculi ℥ ß.

Benè coquantur in aq. ℔ vj. ad tertiæ partis conſumptionem, & in parte colaturæ madeſcant

Tamarindorum,
Pulpæ Caſſiæ, ana ℥ iiij.

In altera parte colaturæ diſſolue Sacchari ℔ iiij. coque in Syrupi conſiſtentiam : cum quo miſce pulpas prædictas, & ſequētia pulueriſata ſeparatim,

Fol. Sennæ mundatæ ℥ iiij.
Rhabarbari optimi,
Polypody Quercini, ana ℥ ij.
Sem. Aniſi, ʒ ij.
Penidiorum,
Sacchari candi,
Flor. Violarum, ana ʒ ij.
Sem. Quatuor frigidorum maior. mund, ana ʒ iiij.
M. f. ſ. a. Electuarium.

Solent aliqui huic electuario medullam ſeminum Carthami inſerere, vt ſic verè vniuerſale, ſeu Catholicum euadat, verum cum compoſitionem hanc ingrediantur Rhabarbarum quod bilem flavam, folia Sennæ quæ atram, radices Polipodij Quercini quæ ſemel in infuſione, iterumque in puluere ſufficienter pituitam, & reliqua omnia quæ ſanguinem mundant & expurgant, illam, vel omiſſo Carthami ſemine, *Catholici* nomen iudicamus promeræri. Cinamomū autem quod addunt, cum tantum ſua aſtringentiâ nocere, quam corroboratione ſua prodeſſe natum ſit, non eſt quod conſummatam veterum compoſitionem immutet.

Dia-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0202-8

## *Diaprunum ſimplex.*

℞. Pruna Damaſcena nº. C. coquantur in aquæ quantum fieri poteſt minima quantitate, florum pulpa per cribrum traijciatur, & libra vna per ſe inſpiſſetur.

In colato iure decoque florum Violarum, ℥ j ß. Cola: in huius colaturâ madeſcant

Tamarindorum,
Pulpæ Caſſiæ, ana ℥ j.
Sacchari clarificati, ℔ ij.

Agitata ſimul coquantur ad ſpiſſitudinem: deinde inſperge ſequentia ſeparatim pulueriſata:

Rhabarbari, ℥ j.
Santalorum alborum,
Rubrorum,
Spodij de Ebore,
Cinnamomi, ana ʒ iij.
Roſarum,
Violarum,
Sem. Portulacæ,
Scariolæ,
Berberis,
Succi Glychiriſæ,
Gummi Tragacanthi, ana ʒ ij.

Sem. quatuor frigid. maior. mund. ana ℥ ij.

M. f. ſ. a. Electuarium.

Dia-

## *Diaprunum ſolutiuum.*

℞. Diapruni lenitiui iam deſcripti ad huc calentis, ℔ j.
Scammonij præparati, ℥ ß.
M.F. Electuarium.

## *Diaphœnicum.*

℞. Pulpæ Dactylorum mundatorum, ac in aceto infuſorum, coctæ, ac cribro cretæ,
Penidiorum, ana ℔ ß.
Amygdalarum dulcium expurgatarum, ℥ iij. ß. his contuſis, permixtis, & per cribrum tranſactis, adde:
Mellis deſpumati ℔ ij.
Paulum coquantur: & deinde inſperge Separatim pulueriſata:
Gingiberis,
Piperis,
Macis,
Cinnamomi,
Fol. Rutæ Siccorum,
Sem. Fœniculi,
Dauci, ana ʒ ij.

Tur-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0204-0

Turpethi tenuiſſimè triti, ℥iiij.
Diagrydy ℥j.ß.
M. f. Electuarium.

*Electuarium de Succo Roſarum.*

℞. Succi Roſarum rubrarum,
Sacchari albi, ana ℔ j.ß.
Coque ſ. a. in fine inſpergendo pulueriſata.
Diagrydy, ℥j.ß.
Santali rubri,
albi,
citrini, ana ʒ vj.
Spodij de Ebore, ʒ ij.
Camphoræ, ℈ j.
M f. ſ. a. Electuarium.

*Caryocoſtinum.*

℞. Caryophyllorum,
Coſti candidi, *vel in eius penuria,*
Rad. Enulæ campanæ ſiccatæ,
Gingiberis,
Cumini, ana ʒ ij.
Hermodactylorum cortice mundatorum,
Diagridij, ana ℥ ß.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0205-5

Mellis optimi ex vino albo deſpumati, & cocti triplum, vel ℥ vj.
F. f. a. Electuarium.

## *Diacydonium fernelij.*

℞. Poma Cydonia à corticibus, & ſemine bene mundata, ℥j x.
Succi Cydoniorum, ℥ iij.
Sacchari albiſſimi, ℔ j.
Coque in Mellis craſſitiem.
Inſpergendo ſub finem;
Cinnamomi triti, ʒ ij.
Ginziberis,
Macis,
Caryophyllorum, ana ʒ ß.
Diagrydij, ℥ j.
M. f. ſ. a. Electuarium.

## *Electuarium Benedictæ laxativæ.*

℞. Turbith,
Sacchari, ana ʒ x.
Rad. Eſulæ aceto preparatæ,
Hermodactylorum,
Diagrydy,
Roſarum rubrarum, ana ʒ v.

Gin-

Ginziberis,
Galangæ,
Caryophyllorum,
Cardamomi,
Calami aromatici,
Piperis longi,
Macis,
Spicæ Nardi,
Croci,
Sem. Apij,
Carui,
Fœniculi,
Saxifragiæ,
Milij ſolis,
Pulpæ ex ſeminibus Aſparagorum,
ex Sem. Ruſci,
Salis Gemmæ, ana ʒ j.

Purgantia groſſo modo pulueriſentur, ſemina verò, & reliqua omnia ſubtilius. Mixta diligenter in mortario, excepto Diagrydio, paulatim excipiantur Mellis deſpumati adhuc calentis, ℔ j. ß.

In fine addendo Diagrydium.

M. f. ſ. a. Electuarum.

## *Confectio Hamech.*

℞. Cortic. Mirabolanorum Citrinorum, ℥ ij.
Chebulorum,
Nigrorum,
Florum Violarum,
Colocynthydos in nodulo ligati,
Polypodij Quercini, ana ℥ j.ß.
Abſynthy,
Thymi, ana ℥ ß.
Aniſi,
Fœniculi,
Roſarum rubrarum. ana ʒ iij.

Contuſa omnia macerentur in ſeri Lactis, ℔ ij.ß.
Deinde coquantur ad ℔ j. & ℥ iiij.

Fricentur manibus & exprimantur, huius colaturæ ſeruetur particula ad extrahendas ſequentes Pulpas.

Reliquo adde ſucci fumariæ, ℔ ß.
Sacchari albi, & Mellis deſpumati, ana ℔ j.

Decoctis ad Mellis craſſitiem, & percolatis adde Pulpar. præcedente decocto extractar.

Prunorum,
Vuarum paſſarum, ana ℔ ß.
Tamarindorum, ℥ iij.

Caſſiæ

Caſſiæ ℥ ij.ß.
Mannæ præcedente decocto diſſol. ℥ j.
Inſpergendo ſub finem ſequentia puluer.
Agarici Trochiſcati,
Fol. Sennæ elect. & mund. ana ℥ ij.
Rhabarbari, ℥ j.ß.
Epithymi,
Diagridy, ana ℥ j.
Cinnamomi,
Ginziberis, ana ʒ ß.
Sem. Fumariæ,
Aniſi,
Spicæ Nardi, ana ʒ j.
M. f. ſ. a. Electuarium.

## *Paſſulæ, & Pruna Laxatiua.*

℞. Fol. Sennæ elect. & mund. ℥ iiij.
Cinnamomi,
Ginziberis, ana ℈ iiij.
Aq. Endiuiæ,
Vini albi, ana ℥ xiiij.

Infundantur; deinde leuiter ebulliant, & exprimantur, colaturæ adde
Sacchari albi ℥ iiij.

Coquantur ſimul, ferè ad conſiſtentiam Syrupi, inijciendo tum Paſſularum, vel Prunorum repurgatorum, ℔ j.

& facta diuturna maceratione, & vna vel altera ebullitione, ut Artis eſt ſerventur.

## *Confectio Hieræ Picræ Galeni.*

℞. Aloës ſoccotrinæ lucidæ, ℔ j. & ℥ ß.
Cinnamomi,
Ligni Aloës,
Radic. Aſari,
Spicæ Nardi,
Croci,
Maſtiches, ana ʒ vj.
Mellis deſpumati triplum ſeu ℔ iij, & ℥ iij.

## *Hiera Diacolochynthidos.*

℞. Stæchados,
Marrubij,
Chamed. virid.
Agarici,
Colocynthidos, ana ʒ v.
Diagrydij, ʒ ij.
Opoponacis,
Sagapeni,
Sem. Petroſelini,
Ariſtologiæ rotundæ,
Piperis albi,

Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Myrrhæ,
Croci, ana ℨ ij.
Mellis deſpumati, ℔ j. ß.

Primò ſoluantur Gummi in Vini, vel hydromellis q. ſ. colentur: parum cocta, calentia miſceantur cum Melle: cui adde paulatim cæteros pulueres, in fine Colocynthidem, & Agaricum ſeparatim pulueriſatum,

M. f. ſ. a. Electuarium.

## *Diacarthamum, ſiue Diacnicum ſolidum.*

℞. Medullæ ſem. Carthami,
Hermodactylorum,
Species Diatragac. frig. recenter diſpens. ana ℨ ij.
Turbith, ℨ iij.
Gingiberis,
Mannæ granatæ, ana ℨ j.
Diagrydy, ℨ j. ß.
Sacchari Candi,
Carnis Cydoniorum ſiccatæ,
Mellis Roſati, ana ℥ ß.

Sac.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0211-8

Sacchari albi, ℥ iiij. & ʒ ij.

Coquantur in aq. Roſarum ℥ iij. aut q.ſ. ad conſiſtentiam: Miſce pulueres

F. ſ. a. Electuarium in Tabellis.

## *Suppoſitoria.*

Conficiuntur ex Melle cocto dum craſſeſcat, nec amplius inquinet digitos. Acuuntur ſpeciebus Hieræ ſimplicis, vel diacolochyntid., vel Trochiſcis Alhandal, ex præſcripto Medici.

TRA-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0212-4
DFG

# TRACTATVS SEXTVS.

## De Pillulis, & Trochiſcis.

### *Pillulæ Cochiæ.*

℞. Pulueris Hier. picræ ſimpl. ℥ x.
Colocynth, ℥ iij. & ℈ j.
Diagridij, ℥ ij. ß.
Turbith,
Stoechados ana ℥ v.
Cum Syrup. de Stoechad. f. maſſa.

### *Pillulæ Aggregatiuæ.*

℞. Aloës,
Turbith ana ℥ iij.
Diagrid ℥ ij. ß.
Rhabarbari,
Myrabolanor. Chebulorum,
Indorum ana ℥ j.
Maſtiches,
Roſarum,
Epithym, Agari. Polypod.
Sem. Aniſi,
Zingiberis,
Salis gemmæ,

Succi ſiccati Eupatorij, ſiue Graciolæ,
Succi ſiccati Abſynthy ana ℥ j.
Cum Syrup. è multiplici infuſione Roſarum f. maſſa.

*Pillulæ ſine quibus eſſe nolo.*

℞. Aloës ℥ vij.
Quinque generum Myrabolanorum,
Rhabarbari,
Sennæ mundat. & elect.
Agaric trochiſcat.
Maſtiches,
Abſynthy,
Cuſcutæ,
Roſarum,
Violarum ana ℥ ß.
Diagridy ℥ iij. & grana xviij.
Maceretur diagridium in ſucco fœniculi q. ſ.

Infuſionem panno lineo incluſam fortiter exexprime, manibus oleo violato inunctis cum expreſſo f. maſſa.

*Pillulæ Fœtidæ.*

℞. Sagapeni,
Ammoniaci,
Opoponacis,
Bdelly,

Colo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0214-5

Colocynthidis,
Sem. Rutæ agreſtis,
Aloës,
Epithymi ana ʒ v.
Turpethi ʒ iiij.
Scammonij ʒ iij.
Eſulæ præparat.
Hermodactilorum ana ℥ ij.
Ginziber. ʒ j. ß.
Cinamomi,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Caſtorei ana ʒ j.
Euphorbij ℈ ij.

Dilue gummi ſucco porri, & finge maſſam.

## *Aloës Roſati.*

℞. Aloës ſuccotrinæ quantum volueris, reponatur in paropſide figulina vitreata, adde ſucci, ſeu infuſionis Roſarum pallidar. q. ſ. vt fiat inſtar pultis ſolidioris: tum in ſole, vel ſuper cineres calidos exſiccetur, & hoc tertio iteretur. Et maſſa in veſica bubula reſeruetur ad vſum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0215-1
DFG

*Pillulæ Ruffi.*

℞. Aloës opt. ℥j.
Myrrhæ ℥.ß.
Croci ʒij.
Cum Syrupo ex acido ſucco Citri f. Maſſa.

*Pillulæ Aureæ.*

℞. Aloës,
Diagridy ana ʒ v.
Roſarum rubrarum, Croci.
Semin. apij ana ʒij. ß.
Sem. Aniſi,
Fœniculi ana ʒj. ß.
Pulpæ Colocynthidos,
Maſtiches ana ʒj.
Cum Melle Roſato f. Maſſa.

*Pillulæ de Hermodactilis.*

℞. Hermodactilorum.
Aloës,
Myrabolanorum Citrinorum,
Turbith,
Colocynthidos.
Bdellij,
Sagapeni ana ʒvj.

Caſto-

Caſtorei,
Sarcocollæ,
Euphorbij,
Opoponacis,
Sem. Rutæ hortenſis, vel agreſtis,
Sem. Apij ana ʒ iij.
Croci ʒ j. ß.
Cum ſucco Caulium f. maſſa.

*Pillulæ de fumaria compoſita.*

Myrabolanorum Citrinorum,
Chebularum,
Indarum,
Diagridij ana ʒ v.
Aloës ſocotrinæ ʒ vij.

Cum ſucco fumariæ f. maſſa, quæ exſiccata teratur, & rurſus eodem ſucco ſubigatur tertiò, tunc cum Syrupo de Fumaria f. maſſa vſui reponenda.

*Pilulæ Angelicæ.*

℞. Succi Roſar. pallidar. ℔ ß.
Succ. Fumariæ,
Cichorei,
Borraginis,
Lupuli, ana ℥ j.
Depuratis in ſole infunde per tres dies:

Rhabarbari electi ℥ ij.
Santali citrin ℥ ß.
Colato, ac fortiter expreſſo adde:
Aloës ſuccot. depurat. & pulueriſ. ℔ j.
M. & per inſolationem f. Maſſa pilularis ſ. a.

*Pilulæ Bontianæ.*

℞. Aloës optim. ℥ ij. ß.
Guttæ gambæ ſubtiliter pulueriſ. & cum vino optimo diſſolutæ & leuigatæ.
Gommi Ammoni. ana ℥ j. ß.
Diagredij, eodem quo gutta Gamba modo, preparati ℥ j.
Tartari vitriol. ℥ ß.
M. & cum ſyr. Roſato ſolut q. ſ. f. Maſſa.

*Pillulæ Alephanginæ.*

℞. Cinamomi,
Gariophyllorum,
Cardamomi,
Nucis moſchatæ,
Macis,
Calami Aromatici,
Galangæ,
Santali citrini,

Sche-

Schenanti,
Roſarum ana ℥ ß.

Ex his groſſo modo tritis extrahatur per vinum Hiſpanicum tinctura in vaſe bene clauſo: in quâ diſſoluatur Aloës lucidæ ℔ j. Deinde ſuper cineres calidos leniter ſiccentur in conſiſtentiam fere pillularum ſub finem addendo.

Myrrhæ,
Maſtiches ana ℥ ß.
Croci ʒ ij.

Syrupus de Abſynthio quod ſufficit f. maſſa.

*Pillulæ de Eupatorio maiores.*

℞. Myrabolanor. Citrinorum,
Succor. Eupatory,
Abſynthy ana ʒ iij,
Rhabar ʒ iij ß.
Maſtiches ʒ j.
Croci ʒ ß.
Aloës, ʒ v.

Succi vel potius ſyrupi endiuiæ q. ſ. f. maſſa

*Pillulæ de Nitro.*

℞. Aloës,
Colocynthidos,

Dia-

Diacridij,
Hellebori,
Bdellij,
Gummi Arabici ana ℥ij.
Euphorbij præparat.
Nitri ana ʒj.
Miſce cum melle Roſato f. maſſa.

*Pillulæ lucis majores.*

℞. Roſarum.
Violarum,
Abſynthy,
Colocynthidos,
Turbith,
Cubebarum,
Calami aromatici,
Nucis moſchatæ,
Spicæ Nardi Indicæ
Epithymi,
Carpobalſami, *aut ſuccedanei eius,*
Xylobalſami, *aut ſuccedanei eius,*
Seſelios,
Sem. Rutæ,
Schœnanti,
Aſari,

Maſti-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0220-8
DFG

Maſtiches,
Gariophyllorum,
Cinamomi,
Aniſi,
Fœniculi,
Apy,
Caſſiæ ligneæ,
Croci,
Macis ana ℥ij.
Myrabolanorum Citrinorum,
Chebulorum,
Indorum,
Bellericorum,
Raued Seni. *id eſt* Rhabarbari ana ℥iiij.
Agarici,
Sennæ ana ℥v.
Euphraſiæ ℥vij.
Aloës Succotrinæ ad pondus omnium. *id eſt*, ℥viij. & ℥ij.
Succi Fœniculi q. ſ. f. Maſſa.

*Sincera, & genuina Pilularum ſpadan. compoſitio.*

℞. Spirit. Salis q. ſ.
Stet per 24. horas in cochleari ferreo, tunc in-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0221-4

ſtilla guttatim Olei Tartari, quantum dimidium eius quod iam intus eſt, lentiſſimo igne calefiat, vt non bulliat tamen aut coquatur, donec totum euaporandum ad ſiccitatem reductum ſit, quod exemptum ſeruetur in vitro: Poſtea

℞. Huius Salis iam dicti ʒ ij.
Diagredij ʒß.
Cremor. Tartari ℥ iij.

Gummi Tragacanthi in Aqua Spadana diſſoluti q. ſ. vt ſ. a. fiant pilulæ Cicerorum magnitudinis.

## De Trochiſcis.

Throchiſci, ſeu Paſtilli, vt quidam volunt, ſicuti ex diuerſis ſimplicibus componuntur, quæ liquore quodam (vbi ſubtiliſſimè pulueriſata, & per anguſtum cribrum traiecta fuerunt) excipiuntur, vt in maſſam coëant; ita variæ ex illa maſſa figuræ effingi, & plaſmari poſſunt: communior tamen illa rotunda eſt, quæ fabæ radicis cauæ ſpeciem ferè ementitur. In hoc à pilulis diſtinguuntur, quod hæ in ſua maſſa indiuiſa conſeruari, & ſolæ etiam per ſe exhiberi ſoleant, Trochiſci non item, qui ab inuicem ſegregati conſeruantur, & non niſi cum electuario, aquâ, decocto vel ſimili vehiculo offerri deſiderant.

Tro-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0222-9

## *Trochiſci Alhandali.*

℞ Pulpæ colocynthidos à ſeminibus mundatæ ℥x. incidatur & fricetur manibus cum olei roſati ℥ß.

Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Bdellij ana ʒiij.

Macerentur tribus, aut quatuor diebus in aqua Roſarum, vt perfectè liqueſcant, deinde cum pulpa dicta, & parte iſtius mucaginis F. Trochiſci, qui in vmbra ſiccati, denuo terantur & cum reliqua mucagine rurſus F. Trochiſci, iterum ſiccandi, & ſeruandi.

## *Trochiſci de Myrrha.*

℞. Myrrhæ ʒiij.
Lupinor ʒv.
Foliorum Rutæ,
Menthaſtri,
Pulegij,
Cumini,
Rubiæ tinctorum,
Aſſæ fœtidæ,
Sagapeni,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0223-5 DFG

Opoponacis ana ʒ ij.
Cum Succ. Arthemiſiæ, f. Paſtilli.

*Trochiſci albi Rhaſis, ſeu Sief album.*

℞. Ceruſæ aquâ Roſarum lotæ ʒ x.
Sarcocollæ craſſioris ʒ iij.
Amyli ʒ ij.
Gummi Arabici,
Tragacant ana ʒ j.
Caphuræ ʒ ß.

Lacte muliebri excipiantur ſingula per ſe trita & f. Trochiſci.

*Agaricus Trochiſcatus.*

℞. Agarici albiſſimi ſcalpro tenuiter comminuti vnc. ij. aut quantum voles, macera in vini albi, in quo fuerit Ginziber infuſum, quantitate ſufficienti, & fac maſſam mollem, & ex ea Trochiſcos, qui exſiccati denuò pulueriſentur eodem vino ſubigantur in paſtam, ex qua rurſus Trochiſci formentur, & ſiccentur.

*Trochiſci de Carabe.*

℞. Carabes ℥ j.
Cornu Cerui vſti,
Tragacanthi,

Gummi

Gummi Arabici vſti,
Coralli vſti,
Acaciæ,
Hypociſtidos,
Baulauſtiæ,
Maſthices,
Laccæ,
Sem. Papaueris nigri aſſi,
ana ℥ ij. & ℈ ij.
Thuris,
Croci,
Opy ana ℥ ij.
Cum mucilagine Seminis
Pſilly forma Trochiſcos.

*Trochiſci Galliæ Moſchatæ.*

℞. Ligni Aloës crudi & electi ℥ ij. ß.
Ambræ ℥ j.
Moſchi boni ℥ ß.
Gummi tragacanthi in aqua Roſarum ſoluti quantum ſufficit ad ea comprehendenda, & cogenda, fiant paſtilli in vaſe vitreo conſeruandi.

### *Trochiſci de Capparibus.*

℞. Corticum radicum Capparis,
Semin.
Agni caſti ana ℥ vj.
Gummi Ammoniac. ℥ ß.
Nigellæ,
Calaminthæ,
Acori,
Amigdalar. amararum,
Seminis Naſturcy,
Foli. Rutæ,
Ariſtologiæ rotundæ,
Succi Eupatory inſpiſſati ana ʒ ij.
Cyperi,
Gummi laccæ,
Rubiæ tinctorum,
Scolopend. ana ʒ j.

Omnia trita, Ammoniaco diſſoluto in aceto forti, comprehendantur, & fiant Trochiſci.

### *Trochiſci de Rhabarbaro.*

℞. Rhabarbari boni ʒ x.
Succi Eupatory,
Amigdalarum amararum ana ℥ ß.

Roſarum ʒ iij.
Spicæ Indicæ,
Aniſi,
Rubiæ tinctorum,
Abſynthy,
Aſari,
Sem. apy ana ʒ j.

Formentur ex arte Trochiſci cum abſynthy ſucco.

## *Trochiſci Cypheos.*

℞. Pulpæ Vuarum paſſarum mundatarum,
Therebinthinæ coctæ ana ℥ iiij.
Myrrhæ,
Schœnanthi ana ℥ j.ß.
Cinamomi ℥ ß.
Bdelly,
Spicæ Nardi,
Caſſiæ ligneæ.
Cyperi,
Baccarum Iuniperi ana ʒ iij.
Calami aromatic. ʒ viiij.
Aſphalat. vel Saſſaphras ʒ ij.ß.
Croci ʒ j.
Cum melle deſpumato & Vino optimo f. Trochiſci.

## *Trochiſci Hedichroi.*

℞. Ligni Aſphalati, *vel* Santali Citrini,
Foliorum Maioranæ,
Mari veri, *pro quo* Dictamni,
Radicum Aſari,
Calami aromatici,
Coſti,
Valerianæ maioris,
Ligni Aloës,
Schænanthi,
Opobalſami, *pro quo* balſami Indici veri,
Cinamomi ana ʒ iij.
Folij, *pro quo* Corticis exterioris Citri ſiccati,
Caſſiæ ligneæ,
Spicæ Nardi Indicæ,
Myrrhæ,
Croci optimi ana ʒ vj.
Amomi *pro quo* Acori ℥ ß.
Maſtiches ʒ j.
Miſce & ſ. A. cum vino maluatico, fiant Trochiſci Balſamo Indico inungendi.

## *Trochiſci de Viperis.*

Quandoquidē viperarū defectu in his partibus vix præparari poſſint, & ſatis fideliterhuc aliunde aſpor-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0228-4
DFG

aſportentur; poteſt pharmacopola (cum illis carere non debeat) illos ſatis recentes ex Italia, & præſertim Venetijs acquirere.

## *Trochiſci Alkekengi.*

℞. Baccar. halicacabi ʒ j ß.
Semin. Citrulli,
Melonum,
Cucurbitæ mundator. ana ʒ v. & gran. v.
Boli Armeni,
Gummi Arabici,
Thuris,
Sang. Draconis,
Papaueris albi,
Amygdalar. amar.
Succi Glycirrhiſæ,
Tragacanthi,
Amyli,
Strobylorum an. ʒ iij.
Seminis Apy,
Succini,
Terræ Lemniæ,
Seminis Hyoſciami,
Opij ana ʒ j.

Pulueriſentur omnia ſubtiliſſimè, & cum ſucco Halicacabi fiant ſ. a. Trochiſci.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0229-2

# TRACTATVS SEPTIMVS.

## De Oleis, & vnguentis.

OLeum eſt ſuccus pinguis, plerumque liquidus ex fructibus, & ſeminibus expreſſus: idque ſimplex vocari ſolet.

Compoſitum autem dici poſſet: quod ex pluribus fructibus, vel ſeminibus exprimitur: iunctim in vſu Medico *Compoſitum* vocatur, quod coctione, vel maceratione vnius, vel plurium ſimplicium, maiorem acquirit virtutem ſanandi. Per expreſſionem fiunt ſequentia.

### *Oleum Amygdalarum dulcium.*

℞. Amygdalas q. v. minutiſſimè contuſas calefac in ſartagine, & excipe panno lineo, ac prelo forti exprimatur oleum, inter duas laminas ſtanneas prius parum calefactas.

Simili modo exprimuntur ſequentia ex Fructibus, Nucleis, vel Seminibus.

Oleum Amygdalarum amararum,
Dulcium,
Lini,


Can-

Cannabis,
Laurinum,
Nucis Iuglandis,
Nucis Indicæ, ſiue palmæ,
Nucis Moſchatæ,
Macis,
Raporum,
Ouorum ex vitellis ad duritriem prius coctis, & tandem in ſartagine frixis,
Oliuarum maturarum.
Oliuarum immaturarum.
Papaueris albi & nigri.
Hyoſciami.

Et aliorum plurimorum, quæ pro arbitrio Medici ſimili modo, & tempore extrahi poſſunt.

## Olea per concoctionem, vel macerationem.

### *Oleum Abſinthy.*

℞. Comarum viridium Abſinthy noſtratis
Romani ana ℥ ij.
Olei oliuar. immatur. ℔ iij.

Macerentur per 15. dies in fictili lutato loco calido, addendo ſub fine ſucci Abſinthy noſtratis



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0231-9
DFG

℥ j. coquatur leuiter ad ſuccorum comſumptionem & expreſſum ſeruetur.

Cum ſequentia non egeant maiore artificio ſufficiet Comas, herbas, flores &c. addere, ex quibus neceſſe eſt eadem conficere, exempli cauſa: fit

*Oleum Anethinum* ex floribus & folijs.
*Chamomelinum* ex floribus.
*Cydoniorum* ex Cydonijs.
Immaturis integris, & oleo immaturo,
*Keyrinum* ex floribus,
*Liliorum* alborum ex floribus,
luteo abiecto.
*Menthæ*, ex Mentha ſatiua, vel criſpa, & Oleo immaturo.
*Nymphea* ex floribus albis.
*Roſarum*, ex Roſis rubris cum vnguibus, & Oleo immaturo.
*Ruthæ* ex herbis & floribus,
*Trifolij* odorati ex folijs, & floribus cum ſemine.
*Violarum* ex floribus.
*Verbaſci* ex floribus.

Et plurium aliorum, quæ ex tempore præſcribi poſſunt pro exigentia rei. Sequentia cum maiore præparatione opus habeant, propter plurium ſimplicium

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0232-5

plicium varias concoctiones, & macerationes, ad longum deſcribere ſatius eſſe iudicauimus.

### *Oleum de Capparibus.*

℞. Corticum Radicum Capparum ℥ j.
Tamariſci,
Radicum Cyperi,
Foliorum Scolopendriæ,
Tamariſci ana ʒ ij.
Ruthæ ʒ j.
Seminis Agni caſti ʒ ij.
Aceti vini albi,
Vini albi optimi an. ℥ ij.
Olei maturi ℔ j.

Coquantur in duplici vaſe vitreato igne lento ad euaporationem humiditatis, expreſſum ſeruetur vſui.

### *Oleum de Caſtoreo.*

℞. Caſtorei,
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Opoponacis,
Euphorbij,
Caſſiæ ligneæ,
Radicum Coſti,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0233-1 DFG

Cyperi longi,
Pyretri,
Sabinæ,
Spicæ Nardi,
Croci orientalis,
Schænanthi,
Cubebarum,
Piperis longi,
Nigri ana ʒ ij.
Olei Oliuarum ℔ iij.
Vini odorati ℔ ij.

Diſſoluenda Gommata coquantur ad mellis conſiſtentiam, deinde contuſis, & contundendis adijce vinum & oleum, & coquantur in vaſe duplici ad humiditatis abſumptionem, colato Oleo tepenti adde Gommata diutius ſuper ignem, & ſæpe etiam poſtea agitando.

### *Oleum de Euphorbio.*

℞. Euphorbij ʒ ß.
Olei Keyrini,
Vini odoriferi ana ℥ v.

Fiat decoctio in duplici vaſe ad vini conſumptionem, colatura ſeruetur.

*Oleum*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0234-7
DFG

## *Oleum Lumbricorum.*

℞. Lumbricorum terreſtrium vino generoſo lotorum ℔ ß.
Olei Oliuarum ℔ ij.
Vini albi ℥ iiij.

Bulliant ad vini conſumptionem, & expreſſum ſeruetur in vſum.

## *Oleum Maſtichinum.*

℞. Maſtiches elect. ℥ iij.
Olei Roſati ℔ j.
Vini odori ℥ iij.
Coquantur ad vini conſumptionem, expreſſum ſeruetur.

## *Oleum de Mucilaginibus.*

℞. Radicum recentium Altheæ contuſarum ℥ xx.
Scillæ recentis ℥ iiij.
Seminum Fœnugræci,
Lini ana ℔ j.

Macerentur prius, & deinde coquantur in ſ. q. aquæ ad viſciditatem mucaginis, cuius colaturæ ℔ ij. adde.

Olei

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0235-2
DFG

Olei Anethini,
Chamomelini,
Liliorum alborum ana ℥ xvj.

Coquantur ad humiditatis euaporationem lento igne agitando continuò in fundo, ne comburantur, colatum ſeruetur.

## *Oleum Myrtillorum.*

℞. Baccarum Myrti contuſarum ℔ ß.
Olei immaturi ℔ j. ß.
Vini rubri auſteri ℥ iiij.

Macerentur per vj. dies, deinde coquantur ad vini conſumptionem, colatum ſerua in vſum.

## *Oleum Sambucinum.*

℞. Corticum medianarum Sambuci ℥ iij.
Florum eiuſdem M. iiij.
Olei Oliuarum ℔ ij.
Petrolei ℥ ij.

Macerentur per octiduum in ſole, colaturæ expreſſæ adde nouas ſpecies, & inſolentur vt ante, expreſſum ſeruetur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0236-8

## *Oleum Scorpionum ſimplex.*

℞. Scorpiones viuos num. xv.
Olei Amygdalarum amararum ℥ j.

Macerentur diebus canicularibus & pluribus aliis, & cum Scorpionibus ſeruetur in vſum.

## *Oleum Ranarum.*

℞. Spermatis Ranarum ℥ ij.
Ranas Fluuiatiles num. xij.
Olei violati ℥ v j.

Coquantur donec caro Ranarum ab oſſibus ſecedat, colatum ſeruetur.

## *Oleum Hypericonis,*

℞. Florum & ſeminum recentium Hypericonis ℥ j.
Olei Oliuarum veteris ℥ ij.
Vini odori rubri ℥ j.

Fiat maceratio per plures dies, & decoctio ad humiditatis abſumptionem, colatum ſeruetur.

## *Oleum Vulpinum.*

℞. Vulpem integram exemptis interaneis.
Aquæ fluuiatilis pocula duo,
Olei Oliuarum veteris ℥ iiij.

Coquatur donec caro ab oſſibus ſecedat, ſub fine addendo

Herbarum Anethi,
Thijmi ana M. iij.
Colatum expreſſum prelo ſervetur.

*Oleum Cucumeris Aſinini.*

℞. Radicis recentes & mundatas Cucumeris Aſinini q. ſ. raſpentur & inſolentur in Æſtate in ſ.q. Olei Oliuarum, factaque decoctione ſ. a. exprimatur Oleum ad vſum.

## De Vnguentis.

VNguenta medicamenta ſunt externa habentia conſiſtentiam mediam inter Olea, & Cerota; ex varijs fieri ſolent, vegetabilibus, Animalibus, eorundem partibus, excretis, Mineralibus, &c.

*Vnguentum Ægyptiacum.*

℞. Æruginis ℥ v.
Aluminis crudi ʒ j.
Mellis optimi ℥ xiiij.
Aceti vini ℥ vij.

Coquantur ſimul ad rubedinem in conſiſtentiam vnguenti.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0238-0

## *Vnguentum Agrippæ.*

℞. Radicum recentium raſpatarum Bryoniæ ℔ ij.
Cucumeris aſinini ℔ j.
Squillæ ℔ ß.
Ireos noſtratis ℥ iij. Ebuli,
Tribulorum aquaticorum ana ℥ ij.

Macerentur omnia per octiduum in olei Oliuarum ℔ iiij. loco calido, tum coquantur ad ſucci abſumptioné, Colato expreſſo adde ceræ flauæ ℥ xv. & f. vnguentum ſ. a.

## *Vnguentum ad Ambuſta.*

℞. Florum Sambuci recentis,
Corticum medianarum eiuſdem ana ℥ ij.

Macerentur per octiduum loco calido in olei Oliuarum & capparum ana ℥ iiij. & facta ebullitione ad ſucci abſumptionem, colato expreſſo adde ceræ flauæ ℥ ij. & refrigerato vitella ouorum N°. iiij. exactiſſimè mixtum ſeruetur.

## *Vnguentum album ſimplex.*

℞. Olei Roſati ℔ j.
Ceræ albæ ℥ iij.

Ceruſſæ contritæ ℥ vj.
Fiat ſ. a. Vnguentum.

Compoſitum Camphoratum fit, ſi addantur Camphoræ aquâ & oleo modico reſolutæ ʒ ij.

## *Unguentum Althea ſimplex,*

℞. Olei de Mucilaginibus ℔ ij.
Ceræ citrinæ ℔ ß.
Reſinæ ℥ v.
Therebinthinæ venetæ ℥ ij.
Fiat ſ. a. Vnguentum.

## *Unguentum Aureum.*

℞. Ceræ citrinæ ℥ vj.
Olei Oliuarum ℔ ij. ß.
Therebinthinæ venetæ ℥ ij.
Reſinæ,
Colophoniæ ana ℥ j. ß.
Thuris Maſculi,
Maſtiches ana ℥ j.
Croci Orientalis ʒ j.

Liquefiat prius oleum & cera, deinde addatur Therebinthina, tandem pulueres, & vltimo Crocus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0240-9
DFG

## *Unguentum Baſilicum.*

℞. Ceræ citrinæ,
Picis nigræ,
Reſinæ ana ℔ ß.
Olei Oliuarum q. ſ.
Fiat ſ. a. vnguentum.

## *Unguentum Calcis.*

℞. Calcis viuæ ter aqua pluuiali lot. ℥ iij.
Olei roſati ℔ j,
Ceræ albæ ℥ iij.

Oleum & Cera liquefiant & adde Calcem, & repone in vſum.

## *Unguentum Enulatum ſimplex.*

℞. Radicum Enulæ Aceto coctarum & cribratarum ℔ j.
Axungiæ porcinæ ℔ ß.
Olei veteris ℥ iiij.
Ceræ nouæ,
Therebinthinæ lotæ ana ℥ ij.
Salis communis ℥ j.

Fiat ſ. a. vnguentum: fit autem cum Mercurio, ſi huic quantitati addantur Argenti viui ℥ ij.

## *Vnguentum Comitiſſæ.*

℞. Corticum medianarum glandium,
Caſtaneorum,
Quercus arboris,
Baccarum Myrthi,
Herbæ Caudæ equinæ,
Gallarum,
Corticum Fabarum,
Acinorum vuarum,
Calicum Glandium,
Sorborum immaturorum,
Meſpilorum acerborum,
Foliorum Capparis,
Prunorum ſylueſtrium,
Radicum Tormentillæ ana ℥ ß.

Conciſa, & contuſa coquantur in aquæ plantaginis ℔ iiij. ad medium; colaturæ adde Ceræ nouæ ℥ viij. & iterum vna atque altera ebullitione facta refrigeretur ſimul, & exempta Cerâ ſeruetur. Decocto addatur,

Olei Myrtillorum,
Maſtiches ana ℔ j.ß.

Coquantur ſimul ad humiditatis abſumptionem, colato Oleo adde prædictam exemptam Ceram, & tepido admiſce ſequentia puluerisata:

Corti-

Corticum medianarum Caſtaneorum,
Glandium,
Quercus arboris,
Gallarum,
Cineris oſſium cruris bubuli,
Baccarum Myrthi,
Acinorum vuarum,
Succi Hypociſtidis,
Sorborum ſiccorum ana ℥ ß.
Throchiſc. de Karabe ℥ ij.
Fiat ſ. a. vnguentum.

*Vnguentum Deopilatiuum.*

℞. Succi Apij,
Menthæ hortenſis,
Abſynthy,
Petroſelini,
Valerianæ,
Fumariæ,
Lupulorum,
Cuſcutæ ana ℥ v.
Olei Menthæ,
Abſynthy ana ℥ iiij.
Ceræ citrinæ ℥ j.ß.

Macerentur aliquot diebus & coquantur ad ſuc-
corum

corum conſumptionem, & fiat ſ. a. vnguentum.

## *Unguentum Martiatum.*

℞. Herbarum Abſynthy,
Abrotani,
Baſilici,
Calaminthæ,
Centaurij minoris,
Chamedrios,
Coſti Hortenſis,
Illecebræ,
Maioranæ,
Menthæ aquaticæ,
Paraliſis,
Foliorum Sabinæ,
Sambuci,
Lauri,
Roris marini,
Ruthæ ana ℥ iij.
Seminum Cumini,
Fœnugræci,
Vrticæ maioris ana ℥ ß.
Adipis Vrſin.
Medullæ Ceruinæ,
Styracis liquidæ ana ℥ iij.

Butiri

Butiri ℔ j.
Olei Nucis Moſchatæ ℥ j.
Olei Oliuarum ℔ iiij.
Ceræ citrinæ ℔ j.
Vini generoſi q. ſ.

Macerentur herbæ per octiduum in prædicto Oleo, & pinguedine ad ſucci abſumptionem, expreſſo adde Ceram, Butyrum, & Oleum Nucis Moſchatæ, & fiat ſ. a. Vnguentum.

## *Vnguentum Nutritum.*

℞. Lythargyri tenuiter triti ℔ ß.
Olei Roſati ℥ iiij.
Aceti vini ℥ ij.

Affunde Lythargyro Paulatim Oleum & Acetum, & diu agitando in mortario fiat vnguentum, citius autem fiet ſi Oleum incaluerit

## *Vnguentum de Peto.*

℞. Foliorum Nicotianæ ℔ ij
Pinguedinis Porci ℔ j.
Vini rubri ℔ j. ß.

Miſce & per noctem macerentur loco calido, deinde bulliant ad vini conſumptionem, expreſſo adde ſucci Nicotianæ depurati ℔ ß. deinde coqua-

tur ad vini abſumptionem, addendo ſub fine Reſinæ Abietis ℥iiij. Ceræ nouæ q. ſ. Pulueris Ariſtolochiæ rotundæ ℥ ij. M. fiat ſ. a. Vnguentum.

## *Vnguentum Potabile.*

℞. Butyri recentis inſulſi ℔ iij.
Radicum Rubiæ tinctorum,
Caſtorei,
Spermatis Ceti,
Radicum Tormentillæ,
Bardanæ ana ℥ j.
Vini odoriferi ℔ j. ß.

Infundantur ſpecies per duos dies, & coquantur ad vini abſumptionem in vnguentum.

## *Vnguentum Populeum.*

℞. Oculorum, vel Gemmarum Populi nigræ contuſarum recentium ℔ ij ß.
Axungiæ porcinæ inſulſæ ℔ iij.

Macerentur ſimul donec ſequentes herbæ colligi poſſunt, tunc

℞. Herbarum Bardanæ,
Hyoſcyami,
Lactucæ,
Mandragoræ,

Pa-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0246-4
DFG

Papaueris Nigri,
Semperuiui maioris,
Minoris,
Solatri,
Violarum,
Portulacæ,
Cymarum Rubi tenerrimarum ana M.ij.

Ex virentibus exprimatur ſuccus, qui cum præcedentibus coquatur ad humiditatis abſumptionem in vnguentum.

## *Vnguentum Catharticum.*

℞. Radicum Bryoniæ,
Iridis noſtratis,
Cucumeris aſinini ana ℥iij.
Foliorum Rutæ,
Abſynthy,
Sambuci,
Ebuli ana M.ij.
Roris marini,
Lauri,
Tanaceti,
Florum Chamomelini ana p. ij.

Contuſa & inciſa coquantur in vini albi ℔ j. & Olei Oliuarum ℔ ij. ad humiditatis abſumptio-

nem, colaturæ expreſſæ infundatur per tres dies loco calido pulpæ pomi Colochyntidos ℥ ij. & facta vna aut altera ebullitione, expreſſioni adde Ceræ flauæ q. ſ. & tepido inſpergantur Radicum Ariſtologiæ fabaceæ, ſiue cauæ, Aloës pulueriſatorum ana ℥ ß.

Myrrhæ tritæ ʒ ij.
f. ſ. a. vnguentum.

## *Vnguentum Refrigerans Galeni.*

℞. Olei Roſati immaturi ℥ iiij.
Ceræ albæ ℥ j.

Liquentur ſimul, & ſæpius aquâ frigida lauentur, deinde effuſa aquâ, adde Aceti vini quantum incorporari poteſt, & ſeruetur in figili.

## *Vnguentum Oxydorcicum.*

℞. Butiri recentis puri ℥ ij.
Mellis Roſati ℥ j.
Lapidis Calaminaris præp. ʒ vj.
Tuthiæ præparatæ ʒ j. ß.
Vitrioli albi ℈ j.
M. f. vnguentum ſ. a.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0248-5

## *Unguentum Reſumptiuum.*

℞. Seminis Lini,
Fœnugræci,
Altheæ,
Gummi Arabici,
Tragacanth. ana ℥ ij.
Macerentur, & bulliantur ad mucilaginem in
Aquæ Roſatæ ℔ ß.
Tunc adde Olei violati,
Chamomelini,
Amygdalar. dulci. ana ℥ ij.
Coquantur omnia ſimul ad humiditatis abſumptionem, colato adde
Adipis Suillæ,
Gallinæ,
Anſeris,
Anatis,
Æſypi humidi,
Butiri recentis,
Ceræ flauæ ana ℔ ß.
M. omnia ſimul ſ. a. & f. vnguentum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0249-4 DFG

## *Unguentum Roſatum.*

℞. Axungiæ Porcinæ recentis, & ſepius
aquâ communi lotæ ℔ ij.
Roſarum pallidar.
Albar. recent. ana ℔ ß.

Macerentur per aliquot dies, & exprimantur, expreſſioni nouos flores adde, & coquantur ad humiditatis abſumptionem, & ſerua vſui.

## *Unguentum Apoſtolorum.*

℞. Olei Oliuarum ℔ ij.
Lithargyry ſubtiliter triti & cribrati ℥ ij.
Aceti fortis ℥ vj.

Coquantur ſimul, ſpatulâ agitando continuo ad Aceti conſumptionem, tunc adde:

Ceræ flauæ ℔ ß.
Reſinæ,
Therebinthinæ Venetæ ana ℥ ij.

Simul liquefactis adde Gommata ſequentia aceto diſſoluta, colata & ad conſiſtentiam cocta:

Gommi Galbani ʒ vj.
Opoponacis, ℥ ß.
Ammoniaci, ℥ j. ß.

Hiſque

Hiſque omnibus bene commixtis, adhuc tepidis inſperge ſequentes pulueres paulatim:

Radic. Ariſtolochiæ longæ,
Myrrhæ,
Thuris albi,
Bdellij ana ʒij.
Æruginis ſubtiliter triti ℥j.ß.

Agitentur omnia exactiſſimè ſimul piſtillo ligneo, & bene incorporata reponantur ad vſum.

## *Unguentum Pomatum.*

℞ Adipis Caſtrati recentis,
Axungiæ Porci mundatæ ana ℔ j.
Vini odoriferi albi ℥ iiij.

Liquefiant omnia ſimul, & coquantur ad vini conſumptionem, cum nodulo ex ſequentibus:

Ligni Rhodij,
Radicum Iridis florentinæ ana ℥ß.
Benzoini,
Styracis Calamitæ ana ʒ iij.
Garyophillorum ʒ j.

Deinde ab igne ſepoſito adde
Pomorum odoriferorum dulcium mundatorum, & contuſorum ℔ ß.

Stent

Stent ſimul cum nodulo & omnibus in infuſione per tres dies, tunc additis

Aquæ Roſatæ ℥ iiij.

Coquantur ad humiditatis abſumptionem in vaſe vitreato, exprimantur, & tam diu piſtillo agitentur, donec deſideratam albedinem acquiſierint.

## *Unguentum de Glycirrhiſa.*

℞. Liquiritiæ recentiſſ. inciſæ & contuſæ q. v. frigatur cum butyro recente, butyro colato, & expreſſo adde liquiritiam nouam, vt ante idque repetendo ſexies, vltimæ colaturæ adde

Ceruſſæ cum proportione ad Colaturam,
Albumen oui, & Croci tantillum.

## *Balſamus mirabilis efficaciæ.*

℞. Baccarum Lauri,
Ariſtolochiæ rotundæ ana ℥ j.
Ligentur in petia ſatis laxa, adde:
Summitat. Roriſmarini, cum florib.
Florum & Summitat Saluiæ,
Millefolij,
Lauendulæ,
Rutæ,

Roſa-

Roſarum rubrar. ſiccar.
Chamomillæ,
Meliloti,
Ebuli,
Corticum median. Sambuci ana M.j.

His inciſis, parumque contuſis affunde in vaſe terreo vitreato

Olei Oliuarum ℔ iij.

Poſt 3.dierum macerationem ebulliant ad quartæ partis conſumptionem, colaturæ adde:

Terebinthinæ venetæ ℔ ß.
Olei Hypericonis ℥ iij.
Ceræ,
Picis naualis ana ℥ ij.

Coquantur omnia, vnâ alteraue ebullitione, & reſeruetur in vſum.

# TRACTATVS OCTAVVS.

## De Emplaſtris, Ceratis, Telis medicatis, &c.

CErata, Emplaſtra, & Vnguenta in eo fere ſolummodo differunt, quod vnum alio ſit minus, aut magis molle & tractabile. Omnia enim fiunt ex rebus pinguioribus, nempe Adipe, Axun-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0253-2

gia, medulla, oleis, quibus, vt cuti tenacius adhereſcant, ſolent addi Reſinæ, pices, bitumina, Gommata, quæ admixta cerâ, cum ſpeciebus, aut pulueribus nonumquam malaxantur, huiuſque compoſitionis regula generalis quædam præſcribi poſſet hoc aut ſimili modo: Ceræ ad olea ordinaria proportio eſt $\frac{1}{4}$ vel $\frac{1}{3}$. Ad Reſinas $\frac{1}{6}$. $\frac{1}{8}$. $\frac{1}{12}$. Puluerum vero ad Olea $\frac{1}{6}$. Dixi autem: *hoc aut ſimili modo*, quia pondere, & menſurâ liquidiorum variantibus, nihil certi omnino determinari poteſt. Pro inſtructione tamen & cautela, hæc generalia occurrunt annotanda:

1. Si Lithargyrium addendum ſit, id omnium primò in oleo coquendum.
2. Admiſcenda Gummata prius diſſolui, & purgari debent in vino, aceto, ſimiliue liquore, vel ſi alius humor aqueus ſicut acetum, decoctum, ſuccus, mucilago fuerit addendus, hic cum oleis in initio coquendus, donec omne aquoſum exhalauerit.
3. Ceræ loco nonumquam aliud quoddam corpus addi, vt laudanum, &c.
4. Ad aridorum ℥ j. accipi poſſe pinguedinis, olei aut mellis ℥ iij. Reſinarum ℥ viij. Ceræ ℔ j.
5. Hoc ordine procedendum: funde ſuper ignem

cera

cera cum oleo, tum adde Reſinas, Gommata, Adipes vt ſimul cum præcedentibus liqueſcant, tunc ab igne remoue, & mox pulueres, ſpecieſque adijce, paulatim continuo rudiculâ agitando, ſed

6. Antequam omnino refrixerint in aqua frigida malaxari ſolere, & in cylindros, aut magdaleones redigi ſ.a.

Vtiliora autem Emplaſtra & maximè neceſſaria iudicamus fore hæc ſequentia, ex multa & ſuperflua farragine collecta.

## *Emplaſtrum Apoſtolicon.*

℞. Olei veteris ℥ viij.
Lithargyri ℥ vj.

Coquantur ſimul ad Lithargyri totalem diſſolutionem, & mollioris Emplaſtri conſiſtentiam, tunc adde:

Ceræ citrinæ ℥ iij.
Colophoniæ ℥ ij.
Terebinthinæ ℥ j.ß.

Dum hæc calida aſſeruas, diſſolue ſeorſim
Viſci quercini in olei ℥ j.ſoluti circiter, ʒ iij.
Ammoniaci,
Galbani,

Bdellij.
Opoponacis,
Sarcocollæ ana ℥ ij.

Quæ Gommata, vbi aceto fortiſſimo diſſoluta fuerint, ad mellis conſiſtentiam concocta, & colata, paulatim, & per vices, prioribus affundes, cum pulueribus his ſequentibus.

Thuris,
Maſtiches,
Mumiæ, ana ℥ j. ß.
Myrrhæ,
Æris vſti,
Squammæ Æris,
Dictamni Cretici,
Ariſtolochiæ rotundæ,
*Herbæ praſſij ſiccæ* ana ℥ j.

F. ex vltimis his puluis ſubtiliſſimus, & inſpergatur ſenſim, pelui ſeu patellæ, aquæ feruenti impoſitæ, nam hoc pacto Gommata non grumeſcunt, alia liquida calida manentia, facilius ſeſe pulueribus immiſcent, & agitanti ſua mollitie minus reſiſtunt.

## *Emplaſtrum de Baccis Lauri.*

℞. Baccarum Lauri ℥ ij.
Thuris,
Maſtichis,
Myrrhæ ana ℥j.
Cyperi,
Coſti ana ℥ ß.

His omnibus in tenuem puluerem contritis, adde
Terebinthinæ parum coctæ,
Olei Laurini ana ʒ vj.

Atque his mixtis adde Mellis deſpumati q. ſ. ad hoc vt f. Emplaſtrũ, propter Terebinth. & Ole. Laurin. minus friabile, vt benè aduertũt Medici Inſulenſes.

## *Emplaſtrum de Betonica.*

℞. Herbarum viridium, ſi dentur, Betonicæ,
Pimpinellæ,
Agrimoniæ,
Conſolidæ maioris,
Callitrichi,
Millefolij,
Pulegij,
Saluiæ ana ℥ vj.

Probè contuſas in vino albo q. ſ. macera per octo dies & noctes pluries agitando: tunc vino

illo ad tertiæ partis conſumptionem excocto, expreſſo, & colato, adde Olei Abietini ℥ iiij.

Ceræ albæ,
Terebinthinæ ana ℥ viij.
Gommi Elemi ℥ ij.
Reſinæ Pini ℥ vj.

His vinum q. ſ. affuſum, vbi excoctum fuerit, adde pulueres ſequentes:

Thuris,
Maſtichis ana ʒ iij.
Ariſtolochiæ rotundæ,
Rad. Ireos ana ʒ vj.

M. omnia ſimul, & f. Emplaſtrum vt a. e.

## *Emplaſtrum Diachylon ſimplex.*

℞. Lithargyri ℔ j ß.
Pulueriſetur ſubtiliſſimè, & ſubigatur cum
Olei veteris ℔ iij.

Coquantur ſimul lento igne, continuo ſpatulâ agitando, donec bene permixta ſint, & ad debitam conſiſtentiam excocta, tunc paululum refrigeratis adde

Mucilaginis Fœnugræci,
Seminis Lini,
Radicum Altheæ ana ℔ j.

M. f.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0258-1

M. f. Emplaſtrum ſ.a. & qui Diachylum Ireatum deſideret, huius Emplaſtri ℔ j. Radic. Ireos pulueriſ. ℥ j. adijciat.

## *Emplaſtrum Diachylon cum Gummis.*

℞. Emplaſtri Diachyli ſimpl. ℔ j.
Gummi Ammoniaci,
Opoponacis,
Galbani,
Sagapeni ana ℥ ß.

Terantur parum Gommata, ne diutius excoqui debeant, & aceto vini diſſoluta, addantur, & miſceantur omnia ſimul, vt f. Emplaſtrum. Alij laborioſioris huius Emplaſtri compoſitiones præſcribant, nos hanc, & commodiorem, & forte non minus efficacem, ſelegimus.

## *Emplaſtrum Diapalma.*

℞. Olei veteris clari,
Lithargyri ana ℔ iij.

Coquantur ad conſiſtentiam debitam, & addantur:

Axungiæ Porci mundatæ ℔ ij.
Chalcitidis vſti, ſiue eius loco,

Vitrioli

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0259-9
DFG

Vitrioli ſtalactici ℥iiij.

M. omnia diligenter, & fac Emplaſtrum. ſ.a.

## *Emplaſtrum Diapompholygos.*

℞. Cеruſſæ ℥ij.

Plombi vſti, & loti ℥j.

Coquantur cum ſucci fructus vuæ lupinæ, id eſt

Solatri ℥iiij.

Aceti deſtillati ℥ij.

His aliquatenus inſpiſſatis, adde:

Olei Roſati,

Ceræ albæ ana ℥vj.

Pompholygis,

Thuris ana ℥j.

M. f. Emplaſtrum ſ.a.

## *Emplaſtrum D. Ceruini.*

℞. Colophoniæ,

Ceræ ana ℥ij.

Picis naualis ℔ j.ß.

Terebinthinæ ℥ij.ß.

His liquefactis inſperge puluerem ex

Semine Naſturt j,

Baccarum Lauri,

Pulegij,

Thuris,

Thuris,

Maſtichis,

Zingiberis ana ℥ j.

Mumiæ ʒ ß.

Et vbi ferè permixta fuerint, adde ſub finem

Sulphuris viui ℥ j.

Garyophillor. ʒ iij.

Cinamomi,

Croci ana ℥ ß.

M. f. Emplaſtrum ſ. a.

*Emplaſtrum Gratia Dei.*

℞. Herbarum Verbenæ,

Betonicæ,

Pimpinellæ ana M. j.

Decoquantur in vin. generoſ. ℥ xij. vel q. ſ. donec tertia pars decocta fuerit, reliquo adde:

Reſinæ ℔ j. Terebintinæ claræ ℔ ß.

Cæræ albæ ℥ iiij.

& adhuc tepentibus inſperge Maſticis ℥ j.

M. f. Emplaſt. ſ. a.

*Emplaſtrum de Meliloto.*

℞ Meliloti viridiſſimi ℥ vj.

Florum Camomil.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0261-6

Seminis Fœnugræci,
Baccarum Lauri,
Radicum Altheæ,
Abſynthy ana ℥iij.

Decoquantur in aq. communis ſ. q. addendo ficuum pinguium inciſor. N. xij. ad conſiſtentiam Cataplaſmatis durioris, lento igne, & continuo agitando: huic Cataplaſmati affunde paulatim

Seui Hircini,
Reſinæ ana ℥ij. ß.
Ceræ ℥vj
Olei Sampſuchini,
Nardini ana ℥iij.

Quibus bene ſibi inuicem mixtis, adde:

Ammoniaci,
Bdellij in aceto ſolut. colat.
Styracis Calamitæ in Therebinthinæ venet. ℥j. ß. diſſolutæ ana ℥v.

Tunc demum inſperſis ſ. a. his pulueribus ex

Seminis Apij,
Cardamomi,
Ireos,
Cyperi,
Spicæ Nardi,
Caſiæ ligneæ,

Ammeos ana ʒ j.ß.
Maioranæ ʒ iij.
F. Emplaſtrum vt. a. eſt.

## *Emplaſtrum Diuinum.*

℞. Lithargyri bene triti ℥ j.ß.
Olei Oliuarum ℔ j ß.
Coquantur ad iuſtam conſiſtentiam, tunc adde:
Ammoniaci ℥ iij & ʒ iij.
Galbani ℥ j.& ʒ ij.
Bdellij ℥ ij,
Olibani ℥ j. & ʒ j.
Opoponacis ℥ j.

Diſſoluenda in aceto fortiſſimo ſoluantur, exprimantur & coquantur cum alijs, donec bene permiſta ſint, tunc adde ſequentem puluerem (poſtquam tamen illis additæ fuerint Ceræ ℥ viij.)

Myrrhæ ℥ j. & ʒ ij.
Lapidis Magnetis ℥ iiij.
Ariſtolochiæ rotundæ,
Maſtichis,
Viridis Æris ana ℥ j.
M. f. Emplaſtrum ſ. a.

## *Emplaſtrum Oppodeldoch, ſiue ſtipticum Paracelſi.*

℞. Lithargyry pulueriſ. ℔ ß.
Olei communis ℥ viij,

Coquantur lento igne donec colorem obſcurum, ſeu ſpadiceum acquirat, tunc adijce:

Gommi Galbani,
Opoponacis,
Ammoniaci,
Bdellij ana ℥ ß.

Macerentur per aliquot dies in aceto forti, colato, & ſuper ignem ad mellis conſiſtentiam inſpiſſato adde:

Ceræ ℔ ß.
Olei Laurini ℥ j. ß.

His benè mixtis adde Croci Martis,

Pulueriſata {
Mumiæ.
Magnetis præparat.
Magiſterij Coralli albi,
Coralli rubri ana ʒ ij.
Lapidis Calamin. præp.
Myrrhæ,
Thuris maſculi,
Maſtichis,
Radic. Ariſtol. rot. ana ℥ j.
}

Poſtre-

Poſtremo ℞. Balſami Succini, id eſt, Olei craſſioris ʒ ß.

Olei Laurini ℥ ß.

Terebinthinæ ʒ ij.

M. & vbi ſeorſim liquata fuerint, in ijs diſſolue:

Camphoræ ʒ j.

Croci Oriental. gr xv,

Sulutionem hanc ſeorſim factam, Emplaſtro calido immiſce exactiſſimè, vt f. Emplaſtrum conſummatum, Oleo Hypericonis malaxandum.

*Emplaſtrum Oxycroceum.*

℞. Galbani,

Ammoniaci,

Aceto vini diſſolut. ana ℥ ij.

Colentur, & excocto aceto, adde:

Ceræ rubræ,

Picis naualis,

Colophoniæ ana ℔ ß.

Terebinthinæ ℥ ij.

Aceti q. ſ.

Quo decoctione abſumpto, adde puluerem ex:

Myrrhæ, Olibani,

Maſtichis ana ℥ ij.

& vltimo Croci ℔ ß.

M. f. Emplaſtrum vt a. e.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0265-9

### *Emplaſtrum de Ranis cum, & ſine Mercurio.*

℞. Ranas virides viuas N. x.
Lumbricor. vino lotor. ℥ iij. ß.
Schenanthi,
Stæchados,
Matricariæ ana M. j.
Succ. Radic. Ebuli,
Enuæ Campanæ ana ℥ ij.
Vini Hiſpan. ℔ j. ß.

F. Decoctum ad tertiæ partis comſumptionem, colatura expreſſa ſeponatur: deinde

℞. Ol. Camomelini,
Anethini,
De florib. Spicæ coct. ana ℥ ij. ß.
Laurini ℥ j. ß.
Pinguedinis vitulin. ℔ ß.
Lithargar. triti & colati ℔ j.
Aceti vini ℔ ij.

Coquantur omnia ſimul lento igne paulatim affundendo ſuperiorem colaturam ad Emplaſtri durioris conſiſtentiam; cui ab igne remoto adde:

Ceræ flauæ ℥ vj.
Terebinth. venet. ℥ ij.

His

His ſimul liquatis, tepidis inſpergantur ſequentes pulueres:

Thuris maſc. ℨ x.
Euphorbij ℨ v.
Croci Oriental. ℨ ij.
Styracis liquid. ℥ j. ß.

Bene agitando, & incorporando f. Emplaſtr.

Quod ſi cum Mercurio deſideres, præſcriptæ compoſitioni in fine addantur

Argenti viui ℥ iiij.
Diſſoluti axungiâ Taxi ℥ iij. & Olei
Lilior. Albor. ℥ ij.

Fiet autem duplicatum, & triplicatum pro Mercurij quantitate proportionaliter addita; & qui hoc Emplaſtrum extraordinarium, & efficaciſſimum deſiderant, addant his præſcriptis

Adipis viperini ℨ x.
Olei Croci ℥ ß.

Nec impenſi penitebit, fructu illud liberaliter compenſante.

*Emplaſtrum contra Rupturam.*

℞. Acaciæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
longæ,

Balauſtiorum,
Cupularum Glandium,
Gallarum immaturarum,
Fabarum,
Malicorij,
Myrtillorum,
Nucum Cupreſſi,
Seminis Plantaginis ana ℥ ß.

Omnia bene trita, & per cribrum tranſmiſſa madefiant aceto Roſaceo per biduum, tunc exſiccatis adde:

Radicum Conſolidæ maioris,
Oſmundæ Regalis,
Caudæ equinæ ana ℥ j.
Aloës,
Maſtichis,
Mumiæ,
Myrrhæ,
Thuris ana ℥ ij.
Boli Armeni aceto loti,
Lapidis Calaminaris præparati,
Lithargyri Auri,
Sanguin. Draconis ana ℥ iij.

Hi pulueres omnes benè adaptati, præparati, & inter ſeſe mixti incorporentur paulatim inſperſione frequente,

Picis

Picis naualis ℔ ij.
Ceræ ℔ j.
Terebinthinæ Venetæ q. ſ.
Ad hoc vt f. Emplaſtrum ſatis ſolidum.

## *Emplaſtrum Leptonticum Inſulenſ.*

℞. Olei de Capparib.
Vulpini ana ℥ ij.
Adipis Anſeris,
Gallinæ ana ℥ j.
Ceræ flauæ ℔ ß.
Liqueſcant ſimul igne lento & immiſce:
Pulpæ rad. Ebuli,
Sambuci,
Enulæ,
Bryoniæ,
Sub cinerib. coct. ana ℥ ij.
Scillæ recentis coctæ, & in S. V. per diem integrum infuſæ ℥ j.
Poſtea ab igne ſubductis, adde:
Ammoniaci,
Galbani,
In S. V. cui ſcylla prius fuerit infuſa, diſſolutorum ana ℥ j. ß.
Terebinthinæ,
Prædictis Gommi immixtæ ℥ j.

His ſimul agitatis inſperge ſequentia pulueriſata
Maſtiches ʒ vj.
Sulphuris ℥ ß.
Euphorbij ʒ iij.
M. f. Emplaſtrum vt a. e.

*Emplaſtrum de Ianua.*

℞. Succi. Apij,
Plantaginis,
Betonicæ ana ℔ j.
In his coquantur Ceræ,
Picis ana ℔ ß.
Senſim agitando, ad ſuccorum conſumptionem, ac tum igni ſublatis, adde
Terebinth. ℔ ß.
F. Emplaſtrum. ſ. a.

*Emplaſtrum Epiſpaſticum.*

℞. Gummi Sagapeni,
Opoponacis,
Bdellij.
Ammoniaci. ana ʒ ij.
Diſſolutis in Spritu vini, adde Euphorbij,
Seminis Sinapi,
Piperis albi,

Piretri

Piretri pulueriſ. ana ʒ ß.
Saponis nigri,
Picis naualis,
Ceræ flauæ ana p. e.
q. ſ. vt f. Emplaſt. duriuſculum.

*Emplaſtrum Saturninum Cloſſæi.*

℞. Albi Plumbi ℥ iiij.
Cratæ albiſſi ℥ ß.
Myrrhæ ʒ ij
Amalgam. ex partibus duabus Mercurij
& parte vna Saturni ʒ vj.
Axungiæ Verris q. ſ.
Vt f. Emplaſtrum in Mortario calido.

## De Ceratis.

Cerata ſic dicta à *Cera* plerumque tanquam baſi incorporante, externa ſunt Medicamenta mediæ conſiſtentiæ inter vnguenta molliora, & Emplaſtra duriſſima. Pauca hic proponuntur, ex quibus, vt ex Emplaſtris, facile innoteſcit modus eadem ex tempore præparandi ſecundum exigentiam rei, & præſcriptum Medici.

Conflantur ex Cera, Oleo, Succis, Gummatibus, Reſina, Pice, Colophonia, Sandaracha, pulueribus, rebuſq; vnctuoſis additis. Vtimur his vt pars affecta



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0271-2

ab Aëris iniuria munita, nutriatur tutius; materia pepaſmi expers mitegetur: amiſſus tonus, & temperies parti ſenſim reſtituatur: partes vel laxæ denſentur, duræ emolliantur, ſolutæ vniantur Plerumque ſuper alutam extenduntur, & ſicuti ex partis laborantis mole Cerati copia, ita ex forma eius alutæ magnitudo & figura deſumenda.

*Ceratum Infrigidans Galeni.*

℞. Ceræ albæ ℥ ij.
Olei Roſati ℥ iij.
Aceti modicum,
Coquantur ſimul in vaſe terreo ad vſum.

*Ceratum Santalinum.*

℞. Olei Roſati ℔ ß.
Ceræ flauæ ℥ x.
Liquefactis ſimul addantur ſequentia pulueriſata & cribrata, florum Roſarum rubrarum ℥ j.
Santali rubri ʒ vj.
Albi,
Citrini ana ℥. ß.
Boli Armeni ʒ v.
Spodij præparati ʒ iij.
Camphoræ Oleo modico reſolutæ ʒ j. ß.
F. ſ. a. Vnguentum.

Cera-

## *Ceratum Stomachale Galeni.*

℞. Olei Roſati immaturi ℔ j.
Ceræ flauæ ℔ ß.

Liquefacta ſimul lauentur aquâ equiſeti, donec frigefiant, & tunc aquâ effuſa, in ſecunda eliquatione lauentur rurſum in ſucco Cidoniorũ, tandem in vaſe duplice igni admota omnem humorem reliquum exhalent, recipiantque ſequentes pulueres ſubtiliſſimos:

℞. Flor. Roſarum rubrarum,
Gommi Maſtiches ana ʒ xx.
Folior. Abſynthy ʒ xv.
Spicæ Nardi mundati ʒ x.
M. & f. Ceratum vt a. e.

## *Ceratum Matricale.*

℞. Gommi Galbani in aceto ad pultis conſiſtentiam cocti & colati ℥ j. ß.
Therebinthinæ claræ ℥ ij.
In his ſibi mixtis diſſolue paulatim
Gommi Tacamahacæ,
Animæ,
Aſſæ fœtidæ ana ℥ ß.
Tepidis inſperge ſ. a. ſequentes pulueres.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0273-3 DFG

Myrrhæ ℥ß.
Caſtorei ʒj.
Herbar. Matricariæ,
Arthemiſiæ ana ʒij.
Seminis Dauci ʒj.
Gommi Bdellij in aq. Matricariæ ſoluti, vel ſubtiliter pulueriſati ʒj.
M. f. Ceratum ſ. a.

*Sparadrappum pro fonticulis cauteriatis.*

℞. Emplaſt. Diapalmæ,
Thriapharmaci,
Diachylon cum Gomm. ana ℥ij.
Ceræ albæ ℥iiij.
Cerūſſæ,
Ireos ana ℥j.
Cinnabaris,
Minij ana ʒvj.
M. f. Sparadrap. ſ. a.

*Sparadrappum pectorale.*

℞. Olei Amigdal. dul:
Butyri Inſulſi,
Axungiæ Anſeris ana ℥ij.

Arxin-

Axungiæ Caponis,
Gallinæ,
Anatis ana ℥ j.
Olei Chamomillæ,
Cheyrini,
Violati,
Liliorum,
Anethini ana ℥ j. ß.
Vnguenti de Althea ℔ ß.
Vnguenti Populeonis ℥ ij ß.
Croci ʒ ß.
Ceræ albæ q. ſ.
Pro Sparadrappo.

*Globuli Cauterijs inſerendi.*

℞. Scammonei pulueriſ. ℈ ß.
Turbith ʒ j. ß.
Agarici ℈ iiij.
Iridis Florent. ʒ ß.
Pulpæ Colocynthid. ℈ ij.
Therebinthinæ ʒ j.
Ceræ ℥ ij. M.
F. Globuli debitæ magnitudinis.

De

# De Coſmeticis.

## *Aqua Coſmetica.*

℞. Succ. ſemper viui ℥iiij.
Vini albi ℔ j.
Succi Argentinæ ℔ ß.
Caſei non ſaliti ℥viij.
Citra inciſa & contuſa N.iiij.
Oua cum cortic. N.iij.

Deſtillentur omnia ſimul in B. M. & Aqua ſeruetur vſui.

## *Vnguentum Salernitanum.*

℞. Rad. Liliorum alb. in aq comm. elix. & trit.
axung. Porcin. bene mundat. ana ℥ß.

Miſceantur hæc calida, & tunc addatur puluis ex
Maſtiches,
Olibani ana ℥ij.
Camphoræ ʒj.
M. ſ. a. & f. vnguentum.

## *Pomatum de Limonibus.*

℞. Succi Limonum,
Albumin. Ouorum ana p. e.

Agitentur fortiſſimè ſimul, & coquantur lento igne ad Pomati conſiſtentiam.

*Telum Coſmeticum.*

Adipis Ceruæ,
Seui Hircini,
Therbinthin. Venet. ana ℥ j.
Spermat. Ceti ℥ ij.
Camphoræ ʒ j.

Liquefiant omnia ſimul ſ. a. & in illis humectetur lineum ſubtile, quod politum vſui reſeruetur.

*Aqua Rubrificans.*

℞. Spirit. Vini ℥ vj.
Ligni Braſili. ℥ j.
Caryophillos,
Grana Paradiſ. ana N. x.
Grana Cocci N. v.

Pulueriſata infundantur ſuper cineres calidos, ollâ bene coöperta, & ſeruetur vſui.

*Pſilothrum.*

℞. Calcis cribrat. & in pultem coctæ ℥ iiij.
adde Auripigmenti ℥ j.

Coquantur iterum hæc ſimul, ſed caue ne nimium,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0277-7 DFG

## *Dentifricium.*

℞. Marmor. albi,
Oſſium Dactilorum,
Olivarum,
Sepiæ ana ℥ß.

Comburantur hæc & terantur ſimul, ac poſtea adde:

Pumicis,
Salis vſti ana ʒij.
Caryophillorum,
Cinamomi ana ʒj.

M. omnia ſimul & f. puluis non adeo ſubtilis:

## *Paſta Manualis.*

℞. Aſphodel. bulbor. in aq. comm. coct. & per ſetaceum traiect. ℔ ß.
Tartari crudi pulueriſati ℥j.
Succi Limonum,
Albumin. Ouor. ana p. e,

q. ſ. vt cum tantillo farinæ Amygd.dulc.f. paſta.

## *Ad Fiſſuras.*

℞. Olei ex ſemin. Lini ℥ iij.
De Mucilaginib. ℥ ij.
Therebinthin. ʒ ij.
Ceræ flauæ q. ſ.
Ad hoc vt f. maſſa Emplaſtica mollior.

## *Puluis Cyprius.*

℞. Cardamomi ℥ j.
Storacis ſolid. ℥ ß.
Thuris ℥ j. ß.
Roſar. rubrar. ℥ ij.
Santali citrini,
Stipitum Caryophill. ana ℥ vj.
Benioin ʒ iij.
Moſchi gr. v.
Camphoræ gr. iij.
Puluis teſtar. ouor mundat.
Floris ſubtilior. Orizæ ana ℔ ß.
Puluerisata omnia ſubtiliſſimè ſ. a. M. & ſeru.

## *Pomum Odoriferum.*

℞. Simplicia ſupraſcripta ſubtil. pulueriſ.
Radic. Ireos ſubtiliter pulueriſ. ℔ ß.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0279-1 DFG

Omnia hæc incorporentur cum aq. Roſacea in qua Gommi Tragacanthi diſſolut. q. ſ. & formentur globi pilarum magnitudine.

### *Candelæ Odoriferæ.*

Fient, ſi prænominatis ingredientibus loco pulver. teſtar. Ouor. floris Orizæ aut Ireos addatur puluis ex carbonibus ligni Auellani quæ omnia cum aq. roſacea, aut Ieſaminica in qua Gommi Tragacanth. diſſolut. incorporentur.

FINIS,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0280-2
DFG